VERNA, G.B.


IOANNES BAPTISTA VERNA LANCIANENSIS ÆTATIS XXXVII
PRÍNCEPS
MORBOR: ACVTOR:
PLEVRITIS.
Suor Isabella Pilini Sculpt

JOANNIS BAPTISTÆ VERNA

Lancianensis Phil:, ac Medic: Doctoris,

E T

Vigiliensis Physici Primarii

PRINCEPS

Morborum Acutorum

PLEURITIS.

TRACTATUS

Novissimus, & singularis

In VI. Partes comprehensus

JUXTA

Hippocratis mentem & Recentiorum theses

Ad Praxim

Medicam summopere necessarius.



VENETIIS, MDCCXIII.

Apud Laurentium Basilium sub signo Auroræ.

SUPERIORUM PERMISSU.


RESPICE FINEM
PHILIPPVS S. R. I. PRINCEPS HERCOLANVS.
Non es Alexander, sed magnus es Orbe Philippus
Es fama maior, maximus Herculeus.
Suor Isabella Piccini Scolp.

CELSISSIMO DOMINO

PHILIPPO HERCULANO

S. R. J. PRINCIPI, MARCHIONI DE FLORIMONTE,

Intimo SACRÆ CESAREÆ, & CATHOLICÆ MAJESTATIS Status Consiliario, ac pro eadem Apud Serenissimam VENETORUM Rempublicam

ORATORI PRÆSTANTISSIMO.



Anta est Princeps celsissime, tui nominis, ac gloriæ amplitudo, ut latiores Europæ limites jam satis longè excesserit, & totius Orbis quoscumque dissitos fines penitus coæquarit? HERCULANORUM vetustissimum

genus, ejuſque Heroum inclyta geſta ab omni ævo ubique gentium plenius innoteſcunt: Humanitatis tuæ, Regiæ tuæ indolis, tuarumque doctrinæ, ac prudentiæ laudes ubique locorum reſonant, & maximè placent. Quibus omnibus ego motus animo diu ſemper evolui, & ſummoperè concupivi me tuum ſervum addici, tuæque Excellentiſſimæ Domus humillimum famulum adnotari. Oblata idcirco opportunitate libri de re Medica typis mandandi, ſummæque tuæ generoſitati, ac benignitati innixus hoc Opus meæ mentis primum partum tibi dicatum, ac inſcriptum emittere non deſtiti. Has igitur meas lucubrationes Cel-

ſiſſi-

ſiſſime , & magnanime Domine ſub tuæ virtutis, ac potentiæ præſidium recipere minimè dedigneris , ut tuimet auſpicio , ac tutela perductæ, tuæque gratiæ lumine elucidatæ per Orbem terrarum fęlices , & calumniarum umbris vix obnoxiæ peregrinentur , & eant . Vale tandem Princeps benigne ; meumque obſequium haud juxta mei meriti , ſed nobilitatis tuæ gradum lubenter excipe , & habe . Vigiliis Kal. Martii MDCCXIII.

Celſitudinis Veſtræ

Addictiſſimus Servus
Io: Baptiſta Verna.

AD

AD ARTIS CANDIDATUM PRÆFATIO.



Miraberis forsan Artis candidate, ad unicum tantum morbum tot lucubrationes confluere! Prolixitas quandoque tædium reputatur; at ubi proficua est, jucunda fit. Neque materiæ unitas, de qua agitur, pluralitatis doctrinæ penuriam arguit. Medicus præstantior erit, qui circa pauciora, & magis necessaria versetur; quam qui quamplurima, & minus urgentia premat: sic docuit in lib. de vict. rat. in morb. acut. Magnus Hippocrates; & consilium nostrum de opere cæpto minimè improbat. * *Maximè verò* (inquit) *laudaverim Medicum, qui* * *in acutis morbis, qui plures homines occidunt; præ aliis* * *insigniter ad meliorem partem excellat: sunt autem hi* * *acuti, quos veteres nominarunt Pleuritidem, Peripneu-* * *moniam, & Phrenitidem, & Febrem ardentem; & alii* * *morbi, qui his hærent: quorum febres omnino continuæ* * *sunt, & occidunt.* Quam unicam Hippocraticam laudem ex animo potius ambirem, si mens mea digna foret, quam vulgi eam, morborum omnium multiplicem, & generalem: ad quam captandam omnis ingeniosa ætas viros dedit, quorum quilibet volumina multa ingenti fama elucubrarunt; at ii de omnibus non omnia, aut pleniora scribendo, singula haud ex integro, & superficie tenus exararunt. O' quam provecta Medicina utique foret, & Medi-

ci

ci longè doctiores; si ad totius literati Orbis oecumenicam bibliothecam adaugendam, de uno morbo tantum, unicum librum edidisset quilibet Auctor; & pro quo tot labores præ aliis impensos commutasset. Quid mirabilius modò extaret? Et quid ultra desideraretur? Magis valet libellus unus, & integer; quam volumina decem obtruncata, & manca. Et hæc est ratio potissima, qua Pleuritis, morbus, quo nullus frequentior est, & cum Febri imperium ferè dimidium retinet; morbus juxta Hippocratem Acutorum Princeps; quammaximè oberrans, plerosque præcipuè juvenes etsi strenuissimos è medio tollens; nihilominus adhuc haud rectè sciatur: & non solum de ejusdem natura, sede, modoque fiendi; verum insuper de nomine ipso apud Auctores hactenus contendatur. Et si in cæteris acutis morbis haud præcipuus essem; in Pleuritide (sub qua & thoracis inflammationum pars maxima continetur) describenda tantum excellere cuperem; haud gloriæ nominis ergo (quippe qui me ipsum demerentem omnino agnosco) sed juvandi animo dumtaxat eos, qui huic Principi, & tyranno morbo subduntur. Ex humanitate quidem erga nosmet ipsos tenemur ea, quæ sentimus, dicere aliis; etsi clariora non sint: ipsique ea non comprobantes de more mussitarent. In hoc libro duo præ cæteris principaliora, & magis paradoxa, tanquam totius Operis gemini cardines occurrent. Prius contra vulgatissimam, & communem Medicorum ferè omnium sententiam est; priscorum, & recentium à Galeni ævo usque ad nostrum, de via, modoque, quibus

sputum

ſputum pleuriticum excernatur, deque ejuſdem natura. Poſterius adverſus quoſdam Recentiores eſt; Helmontianos ſanguinis miſſione in Pleuritide penitus abhorrentes. Paulò prolixior eſſe ex arte volui, & non brevior, ne obſcurior tyronibus fierem: & quia de ſumma re agitur, qua communis opinio ferè everti videatur, & mea novis difficultatibus facilè premeretur, phænomena quamplurima (uti mens ſuggerebat) ſolvere ſum aggreſſus. In toto hujus libri decurſu Hippocratem veluti Medicinæ ſolem, ſemperque Magiſtrum habeo: eiuſque auctoritatem, tanquam ipſius naturæ textum (quam incomparabilis vir ſumma ſagacitate notauit) ſum perſcrutatus, & commentatus. Hippocratem commendo tyronibus; Hippocratem quibuſcumque Artis ſectatoribus, à quo nec quidpiam relinquitur. Qui eiuſdem pediſſequi non fiunt; vani, & inſcii ſemper utique forent: quorum ingenia generoſis iumentis quippè comparantur, quæ è via regia, & ordine declinantia, per ampliora arua, & devia liberè vagantur, & ſaltitantia excurrunt; equitum iter interturbando retardant. Via, quæ ducit ad ſanitatem, experientia eſt: & Naturæ liber eſt perlegendus; quem præ cæteris ad ſummum callebat Hippocrates: hic experientiſſimus fuit Naturam ſemper perſcrutando. Quid præſumant phantaſtici vanis, & paucis innixi principiis, concinniori verborum ſerie, veterum obliterare doctrinam? Inſcioli ſunt, Hippocratis, & naturæ dogmatum ignari: eaque ad captanda impotes facti, vana, & futilia in Artis

perni-

perniciem ſpeculantur, & tentant. Nullus morbus Pleuritide frequentior eſt, febri excepta: de nulloque alio magis Hippocrates ſcripſit, quam de Pleuritide; non ſolum de ejus cauſis, Ætiologia; verum inſuper de ejuſdem prognoſi plurima divino nomine digna tradidit: ubique ferè ubertim de Pleuritide dixit. Legite, & perlegite eum: miranda, & maſculæ Græcorum Medicinæ oracula reperietis, omni ævo ſemper eadem, & æterna: quæ hactenus non capientibus obſcuriora videntur; & veluti intricata, & confuſa ineptè relinquuntur: & ſic Hippocraticæ doctrinæ theſaurum palam expoſitum cæcutientes declinant umbras palpando. Medicum Hippocraticum quammaximè veneror; non Hippocraticum verò, quamvis præſtantiſſimus habeatur, floccipendo, uti phantaſticum, & aberrantem. Et ut hæc mea nova ſententia firmior, & inconcuſſa maneret, Hippocratis documentis, & regulis innixa; Caſus XV. ægrotorum ex Epidemiis, qui inclyto ſeni de Pleuritide obvenerunt, in hujus libri calce exponere, & dilucidare operæ pretium duxi: quorum plurima veluti concatenata prioribus doctrinis, & rei ingenuitate, penitus referta, & cum omnibus, quæ dicemus, collecta ſyſtema noſtrum undique roborabunt. Et ne mea noviter excuſa tanquam paradoxa reiciantur; inferioris quoque notæ Auctorum, etſi in Medicina procerum comprobationes ſum percunctatus, eorum dicteria adamuſſim exarando contra quorumdam Recentiorum morem, qui

 ſcri-

scribentium nomina reticentes, eorum verò succum elicientes laudem alienam sibi propriam, omninò commutant. Hippocrates Medicinæ summus Dictator utique est: sunt & alii quoque præclarissimi Consules, & Princeps; quos, quid debetur honoris, abdicare nefas est. Cujuscumque nominis sint audiendi Medici; quandoque enim viliores sublimiora docent; & à quibus non sperantur, meliora habentur: quemadmodum ex præruptis rupibus prætiosissimæ gemmæ effodiuntur. Dictiones, quales mentis primus impetus dedit, intactas, neque expolitas exposui: neque eloquentiæ rivulis irrigare studui; sicca enim, & arida mea vena est. Et necessaria quo simpliciora sunt, animo nostro firmius adhærent. Philosophus, & Medicus nucleum amantes corticem abjiciunt. Hoc opus denique qualecumque sit cæcis oculis in medium proicio. Colligat, qui volet: laceret, qui non probabit. Animus mihi à principio tantum fuit meliora scribendi, etsi deteriora fiant. Vale.



Al Celebre Dottore il Signor

GIO: BATTISTA VERNA

In occasione del suo famoso Libro Intitolato

Princeps Morborum Acutorum.

SONETTO.

Dell' Abbate Signor D.

GIROLAMO VIVES SILOS.



Ela vista del Mondo inalza i vanni
In questo del saper parto più saggio
La tua Virtù, che del Divino hà un raggio,
Invitta à fulminar mostro d'inganni.

PRENCE d' Acuti mal, Padre d'affanni
Di chi nasce à patir studia l'oltraggio;
Mà tu insegni à scourir morbo malvaggio
VERNA nel vago fior de' tuoi verd'anni.

D' empio mal alta cura ella ci addita:
E s' evitar non sai l'ora fatale,
Sei pur bastante à preservar la vita.

Che se à Morte spuntar non puoi lo strale;
A dispetto di lei che PVNGE ardita,
Hai già fatto te stesso ogg' Immortale.

NOI

NOI REFORMATORI
Dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di reviſione, & approbatione del P. F. Tomaſo Maria Gennari Inquiſitor nel Libro intitolato: Io: Baptiſtæ Verna, &c. Tractatus noviſſimus in VI. Partes comprehenſus iuxta Hippocratis mentem, non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à Franceſco Baſſeggio Stampator, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gl'ordini in Materia di Stampe, & preſentando le ſolite copie alle Publiche Librarie di Venetia, & di Padoa.

Dat. 30. Maggio 1713.

(
(*Franceſco Loredan Kau. Proc. Reff.*
(*Gio: Franceſco Moroſini Kav. Reff.*

Agoſtino Gadaldini Segretario.

JOAN-



JOANNIS BAPTISTÆ VERNA

Lancianensis Phil:, ac Medic: Doctoris,

E T

Vigiliensis Physici Primarii
PRINCEPS

Morbum Acutorum PLEURITIS.

P A R S   P R I M A

De Pleuritidis Natura.

C A P. I.

Etymon Pleuritidis, ejusque differentiæ.

PLeuritis à pleura, membrana costas succingente, in- 1
flammata nomen sortitur: quod cæteris quoque thora- 2
cis inflammationibus, & doloribus ampliori sensu in-
discriminatim coaptatur.

Priusquam igitur Pleuritidis essentiam, & Ætiologiam exploremus; ejusdemmet divisiones, & differentias multiplices ab Auctoribus juxta proprium genium traditas (ad confusiones tollendas) in ordinem redigere par erit.

Pleuritis alia dicitur vera, & exquisita; altera notha, & spu-
3 ria. Exquisita Pleuræ inflammatio est: notha multiplex, & va-
4 ria existit. Pleuritis exquisita rursus: vel est singularis, cum sola
pleura inflammetur; vel conjuncta, & unita, cum pulmonum,
5 aut musculorum thoracis, vel diaphragmatis, mediastini, aut
denique cujuscumque partis medium ventrem integrantis, ipsius
etiam gulæ, ventriculi, jecoris inflammatione, aut ampliori
sensu ipsarum partium quemcumque alium morbum concomite-
6 tur. Et hoc sensu antecedens Pleuritis, si pleura prius fuerit affe-
7 cta; subsequens, si cæterarum partium inflammationem sequatur:
8 & è contra. Dicitur quoque maligna, vel benigna: illa mali-
gnam indolem redolet, ac signis proditoris, & incongruis ap-
9 paret; hæc verò naturam, & detectum ordinariæ inflammatio-
nis vultum ostendit. Pleuritis quoque symptomatica, & secun-
10 daria nuncupatur, cum effectus, productum, sive symptoma
febris sit. Essentialis, & primaria dicitur, cum ipsa primariò
11 fiat, à qua febris tanquam symptoma promanet: & hæc sym-
ptomatica quoque appellatur. Pleuritis ab aliis complicata pro-
12 fertur; ex eo, quod cæteris morbis implicetur; aut potius cum
alia febri distincta, puta cum hectica, lymphatica: & tunc
Pleuritis produci posset à causa procatarctica, ut ambiente frigi-
do, & non à febri: & sic Pleuritis hæc complicata foret, &
non symptomatica: & è contra febris complicata. Dividitur
quoque in ascendentem, & descendentem: & duplici sensu par-
13 titio hæc accipi solet. Priori sensu ascendens Pleuritis fundatur
super arteriarum, & sanguiferorum vasorum distributione, quæ
spatium supra quartam superiorem costam inter secundam, &
tertiam vertebram habitum (à jugulo numerando) continent;
14 descendens verò super ea partitione, quæ vasa, arteriasque in-
tercostales inferiores per octo costarum inferiorum intervalla,
& propinquos musculos respicit: hæcce divisio penes priscos
omnes Practicos communiter fuit recepta. Posteriori sensu Pleu-
ritis in ascendentem, & descendentem diducitur juxta Hippo-
cratem lib. de vict. rat. in morb. acut. supra, & infra septum
transversum eam dividentem: priorem à clavicula usque ad se-
15 ptum se extendentem; (quæ unica divisionis Hippocraticæ pars
ambas partitiones superius traditas complectitur) posteriorem
16 à septo ad hypochondria designat. *At siquidem* (inquit) *dolor* *
ad claviculam de se signum præbeat: aut gravitas ad brachium; aut *
citra mammas, aut supra septum transversum venam secare prodest *
in cubiti flexura internam, & non cunctari copiosum sanguinem *
detrahere, donec multò rubicundior fluxerit, aut pro puro, aut rubi- *
cundo lividus: utrumque enim contingit. Si verò sub septo trans- *
verso fuerit dolor, ad claviculam autem de se signum non præbeat, *
alvum mollire oportet, & veratro nigro, aut peplio. Hæc divisio *
atten-

attentè conſideranda ad caligines multas in praxi diſcutiendas
contra hunc Hippocraticum textum adducentes; & haud rectè
explicantes ſuper ſanguinis miſſione; & purgatione: de quibus
ſuo loco noſtram eliciemus ſententiam.

Pleuritis notha eſt varia. Prima ratione ſitus: quæ quamvis
vera inflammatio ſit, & à nobis minus propria dicatur; tamen 17
quia thoracis muſculi externi afficiantur, ſpuria dicitur. Secun-
da, morbus lateralis potius, quam Pleuritis appellanda, à nobis 18
impropria nuncupabitur: & eſt dolor inſignis punctorius in uno
latere, aut altero ſine febri, & ſiti; pulſu ferè laudabili, niſi
inquantum doloris ratione ſubinde frequentior redditur; tuſſis
autem nulla, aut ſiqua eſt ſolum catharralis; uti notat Etmulle-
rus: quæ communis eſt ſcorbuticis, & Gallico morbo affectis. Vel
eſt morbus convulſivus ex intercoſtalibus nervis diductis, & læſis:
vel dolor rheumaticus in pectore, uti cæteris partibus etiam ſine
febri evenire ſolet. Tertia denique eſt pleuriticus dolor; ut à ver- 19
mibus veram Pleuritidem ſimilantibus accidere conſuevit: quam
notavere Riverius, Quercetanus, & nos quoque: vel tandem ab
aliis humoribus in primis etiam viis per conſenſum genitus. De qui-
bus omnibus infra ſigillatim agemus.

Noſtra denique diviſio, qua brevitatis cauſa, & claritate plerum-
que vtemur, triplex. Pleuritis aut propria; aut minus propria; 20
aut impropria. Propria ſolius pleuræ inflammatio eſt. Minus pro-
pria eſt vera thoracis partium, aut exterarum inflammatio, dum- 21
modo quocumque modo pleura, aut thorax ipſe compatiatur; puta
ex dolore, tuſſi, gravitate, &c. Impropria tandem eſt, in qua re 22
vera nullius partis pectoris, aut cæterorum ventrium inflammatio
adſit; & in qua thorax idiopathicè, aut ſympaticè patiatur: & pro-
priè lateralis morbus ſit nuncupandus.

Pleuritis igitur, quæ vera, genuina, propria, & ſingularis dici-
tur, ex communi Medicorum ferè omnium conſenſu pleuræ, ſeu
membranæ coſtas ſuccingentis inflammatio eſt; ipſaque pleura 23
Pleuritidis ſubjectum primarium, & ſedes unica exiſtit.

CAP. II.

De argumentis, quibus pleuram Pleuritidis ſedem eſſe refellitur.

PRopriæ, & genuinæ Pleuritidi prima fronte refragari videtur
ipſiuſmet Hippocratis auctoritas, qui in lib. de loc. in hom. 1
pulmones tantum affici in Pleuritide ſignificat, cum inquit. *Pulmo
tanquam natura rarus, & ſiccus trahit in ſe humorem, quantum ejus ca-*

pere potest; & ubi influxerit, major fit, & ubi quidem in totum fluxerit, extremitas ejus major reddita utrumque latus contingit, & Peripneumoniam pulmonis appellatum morbum facit: quum verò alterum tantum Pleuritis; id est costalis morbus.

2 Quæ Sententia aliter habita, ac capienda favere videtur iis, qui aut pleuram in Pleuritide raro affici putant, & quod lateris dolor magna ex parte ad pulmones pertingat, vt Zecchius: aut semper cum illa pulmones saltem per consensum lædi asserunt; vt Felix Platerus, & quamplurimi inter Recentiores Etmullerus, Baglivus, & alii.

Ad suam opinionem firmandam rationes non leves, & difficultates 3 plerasque adducit Platerus. Sanguinem enim putat, quem tam citò excreant Pleuritici, ab unica succingente membrana inflammata tam subitò, præsertim ad pulmones pervenire, ejusque vasa ad expuitionem permeare, & suppuratione facta pus ex eo loco transitum sibi per pulmones (illis non læsis, & ulceratis) facere, & sic ad excretionem usque pervenire minimè posse; sed potius si inde emanaret in thoracis cavitatem defluxuram materiam, & inde empyema facturam existimat. Et licet concedat succingentem tunicam quandoque solam inflammari; tamen eam Pleuritidem inde fieri non vult, in qua cruenta, & purulenta expuuntur; cum succingens membrana sese eò exonerare non possit: sed si inflammatio suppuratur, extrinsecus potius, quam intrinsecus vergat; vel si intro rumpatur, pus in pectoris cavitatem potius, quam pulmones effundatur.

Quæ difficultates utique premunt, & sanioris judicii indicia sunt. Primo per quas vias materia in Pleuritide ad asperam arteriam perveniat, indeque tussi ejiciatur? si sola pleura, & non pulmones afficiantur, res dubia nimis est, & valdè obscura, & fortasse omninò phantastica. Galenus lib. de loc. affect. cap. 3. contra Erasistratum, 4 & Medici ferè omnes eum insequentes per pleuram materiam pleuriticam transudare statuunt; aut ea pertusa, aut quovis modo rarefacta in thoracis cavitatem depluere; indeque à pulmone inspiratione dilatato, & in thoracis latera, ipsamque pleuram proximius illidente imbibi, & in arperæ arteriæ caudas, seu ramulos, quorum orificia in pulmonis ambitum tenui tunica obducta desinunt, cogi; & expiratione, qua thorax, & pulmones ipsi comprimuntur, primò quidem in minores, hinc majores, tandem per canalem amplissimum tracheæ faucibus tussi ejiciatur: quod confirmare videtur 5 inter Recentiores Thom. Barth. anat. ref. lib. de Thor. Membrana [inquit] cingitur pulmo tenui, levi, poris multis insignita: qui *
pori inflato pulmone follibus satis conspicui fiunt; quos aliquoties *
Ioannes VValæus pisi majusculi magnitudine in vivorum dissectione *
observavit: Pemplius follibus aurifabrorum stylum crassiusculum *
vidit inseri. Hinc infusi liquores, mulsa, vinum, aloe, &c. *

sicut

* ſicut per linteum, & ſpongiam abſorbentur, & ſanies thoracis pe-
* netrare poteſt, & per tuſſim exire; quamquam rupta pleura non
* ſit, nec excoriati pulmones: quod contra Riolanum notandum:
* nam in empyematis ſectione illæſus pulmo liquores injectos abſor-
* bet, perque os reddit.

Hæc ſententia tamen curioſo animo haud omninò ſatisfacit: & Galeni rationes Sennertus, Bartholini Gualtherus Needam, & Clariſs. Diemerbrocchius enervant. Sennertus itaque cap. de Pleur.
* quæſt. 3. Verum enim verò [inquit] etſi non negandum ſit te- 6
* nuius quid, quale mulſa eſt, quam exempli loco affert Galenus
* ad probandum humores in cavitate thoracis contentos in pulmo-
* nem penetrare; & ſiquid tenuius è pleura tranſudat, & illud à
* pulmone imbibi poſſe; tamen non credibile eſt materiæ tantam
* copiam, qualis ſæpè à Pleuriticis per tuſſim ejicitur, per pleuram
* tranſudare (neque enim in principio, vel augmento pertuſa eſſe
* poteſt) & quidem eam tam craſſam ſæpè per anguſtos illos mea-
* tus è thoracis cavitate in pulmonis ſubſtantiam penetrare poſſe.
* Neque etiam credibile eſt mox in principio ſanguinem purum,
* qualis ſæpè à Pleuriticis, tuſſi ejicitur, è pleura in thoracis cavi-
* tatem effundi, cum id in aliis inflammationibus fieri non videa-
* mus: neque denſitas membranæ id facilè admittit, atque hoc
* modo etiam omnes Pleuritici Empyici fierent. Hæc ille.
* Diemerbroech. Inquit. Poroſitatem membranæ pulmones in-
* veſtientis in aliis majorem, in aliis minorem eſſe (uti de juveni-
* bus Hippocrates dixit: de quo nos quoque infra dicemus) atque
* propterea non omnibus empyicis, ſed dumtaxat paucioribus pus
* è thoracis cavitate pulmonem ſubire, & per ſputa evacuari. Gual- 7
* therus ait. Quæ de purulentæ materiæ anacatharſi dicuntur in
* pulmonibus ulceratis eroſa cute fiunt, non in ſanis: ea autem in 8
* viris empyema paſſis, ſi revaleſcant) pulmonum adnaſcentiam
* gignit.

A' veriſimili multum diſſonat, quod vix phlegmonoſo tumore in pleura oborto, & dolore pleuritico paucas horas ante invadente ſanguis ex ore confeſtim appareat, ipſeque ex pleura per thoracis cavitatem, & pulmones foras eructetur; imo eademmet hora, ipſaque temporis minori parte dolorem, febrem, & ſanguinem tuſſi unà ingruere interdum obſervavimus. Neque probabile eſt, quod ſanguis ex doloris vehementia in thoracem fluat, & ſit purus: Neque ille Pleuritidis cauſa immediata erit; ut ait Helmontius Tract. Pleur. fur. Plurimus itaque (inquit) cruor feſtinans pro ſolamine doloris, vbi dolor, eò occurrit cruor trans pleuram in thoracem 9 penetrat, qui moleſtiſſima excreatur tuſſi: Nam ſanguis à ſanguine non differret, ſi quicumque per eas thoracis vias educeretur; quoniam è propriis vaſis eductus, & extravaſatus, ſemigrumoſus, & ſeminiger ſemper eſſe deberet, nec unquam verò floridus, coccineus, & 10 ſubti-

ſubtilis; longo enim itinere ex jiſdem vaſis depluens ſemiatri coloris
effigiem eamdem ſemper retineret: quandoque, imo ſæpius ſputum
cruentum haud moleſtiſſima tuſſi excernitur; uti ajebat Helmontius:
11 nec non cum ſputum concoctum fuerit, faciliori modo, tuſſique
minori ejicitur; tamen verò materia craſſior eſt, & magis opplet.
12 Siquid è pleura tranſudaret, aqueum potius, & lymphaticum
foret; non verò glutinoſum, & viſcidius, quod una cum ſangui-
ne educitur: quod inſtar ſevi, & gelatinæ denſæ plerumque expui-
tur. Venarum membrana tenuior, & mollior eſt, quam ea, quæ
coſtas ſuccingit; nihilominus ligata vena (ex Richardi Lovver ob-
ſervatione) in muſculos contiguos ſerum, ſeu lympha ſolum dif-
fluit, & tranſudat; non autem ſanguinis gutta quædam, qui in ve-
nis conglobatus, & grumefactus reſidet.
Et valdè miror quod Clariſs. vir Laurentius Bellini, qui tam
egregiè, & acutè de peripneumonia ſcripſit, huic Galenicæ ſenten-
tiæ ſimplici Philoſophia arrideat: cum in Lib. de morb. pect. inquit.
13 Sputum per exudationem in cavitatem pectoris ſuperficiem pul- *
monis extimam, hinc in arteriam aſperam. Poſſe autem etiam *
ſanguinem è membranis exudare patet ex ſuctibus, quibus per la- *
biorum agglutinationem cum carne livor in ſuperficie cutis produ- *
14 citur, & ſanguis etiam producitur. Quoniam livor ipſe haud à ve- *
ra, & rigoroſa ex vaſis exudatione; ſed potius ex eorum minimo-
rum, & capillarium oſcillatione, aut in jis cruoris ſtagnatione,
aut effœminatione (ut cum Hippocrate infra dicemus) promanet,
& pendeat tenendum erit: & dato quod hoc ſenſu capiatur exuda-
tio; quid quæſo? hæc enim ſi quandoque accidere poſſit, & acci-
dat, nonniſi maximo nixu, & violentia exteriori; verum tamen
nunquam, aut rariſſimè ex morbi vi tantum produceretur ipſa;
Brachii, manus, pedis, aut oris cute inflammata cruor haud equi-
dem tranſudat, niſi tumor rumpatur, aut ſuppuratio fiat, indeque
cingentem membranam pus rodat, & ex ea diffluat. Sanguinis vo-
mitus Pleuriticis interdum accidit; eoque ſæpius evadunt: nec cre-
dibile eſt cruorem, qui vomitu funditur ex pleura tranſudare [mul-
tus enim eſt, & non tenuis] & per diaphragma ad ventriculi fun-
dum ferri, indeque vomi: vel ex pleura ad pulmones, à quibus ad
bronchia, & aſperam arteriam, & ex hac per oeſophagum conti-
guum foras eructari. Credat qui volet: haud eſt glutienda bolus.
Cruor tam in quanto, quam in quali peccans [uti vulgò dicitur]
ſi in Pleuriticis per thoracis ſemitas, & pulmonum ſemper educere-
15 tur; plerumque, & facilius quacumque alia hæmoptyſi ejectus
phthiſim gigneret; quoniam illis è remotioribus partibus veniret,
diutiuſque inter pulmonum anfractus immoraretur; ut in lib. pr. de
morb. notavit Hippocrates: *Siquidem igitur rupta fuerit, & ſtatim* *
ſanguis è vena effuſus putreſcit, & ſuppuratur. Quod rarò Pleuri- *
ticis accidit: & perpauci empyici fiunt; imo plerique, & quam-
pluri-

plurimi evadunt absque phthisis labe, & timore, postquam cruentam materiam infra quatuordecim dies, aut saltem duo, & viginti excreverint: uti experientia firma, & certa docet.

Minus quoque credibile, & magis improbabile est asserere, cruorem semigrumosum ex pleuræ ruptura depluere, ex eo, quod ab- 16
scessu 53. semimaturo facto [in quo cruor, materiaque magis tenax chylacea, seu pituitosa dicta, serumque concrescibile contineatur] præ nimio dolore, & tussi pleura quasi laceretur, & disrumpatur; indeque in thoracis cavitatem sese exoneret, ex qua deinde materia variegata, & mixta excedens à pulmonibus imbibatur, & per sputum ejiciatur. Difficillimum est quod membrana pleura ad tot pe- 17
rennes motus obeundos condita respirationis ergo; systematis durioris facta eò citius infringi possit, & priusquam ex toto, spirituum influxu, radioque orbetur, quasi sphacelo relaxata laceretur: quod post non breve tempus, & non nisi vltima, & vera suppuratione confecta interdum accidit. A' dolore quandoque semigrumosus cruor illicò excernitur: nec possibile foret sanguinem ipsius ab apostemate rupto tam citius promanare. Quæ puris genesis tam subita 18
ridicula foret non aliter, ac illa, quam de rana ex putri fieri dicunt temporis momento, cum aquæ guttæ æstate è Cælo cadant: quod difficilius esset, si pleuritica materia inter pleuram, & thoracis musculus interiores hospitaretur: in hoc enin casu duplicem, geminatamque pleuræ membranam reperiret: quæ perterebratio non adeo prompta foret; obseruamus enim interdum tumorem parvum in 19
manu, digito (uti paronichiam) qui quamvis suppuratus omninò appareat, etiam in limine, posito pure; attamen ut illa cutis membranula longè attenuata rumperetur, unguenta, & valentiora topica plures dies adjicimus. Quomodo igitur tam facilè, brevique temporis spatio, meroq; naturæ motu pleura membrana validior disrumpatur, & inhiet, priusquam suppuretur; & in vomicam abscessus aperiatur? Et si fieret quod phlegmonosus tumor ante suppuratio- 20
nem vi rumperetur; quotiescumque id eveniret, hæmorrhagia magna ad interiora fieret: per foramen enim, laceratamque membranam ex dolore, & tussi frequenti concussam (coadjuvante non parum acuta febri) in pectoris cavitatem pleno gurgite sanguis laberetur: cujus flumini validis causis ab intus impellentibus quis repagula objiceret? Pulmoque ab extra pleuræ parietes illidens, vulneris consolidationem incunctanter impediret: indeque totius cruoris Oceanus præruptis viis majoribus in thoracis cavitatem irrueret; & sic immatura mors ex suffocatione ingrueret: aut minoribus vasis apertis sanguinis unda in pectoris specum guttatim caderet: & quamvis à pulmonibus portio quædam imbueretur, impar autem semper foret cruoris lapsui ejusdem regressus; indeque restitans materia in medii ventris lacu stagnaret, & suppuraretur; & empyicus procul dubio evaderet æger, & ex præsentanea morte diuturnius lethum

offen-

offenderet. Et sic tanquam noverca notaretur natura: ejusque Au-
ctor, etsi omninò pius tyrannus foret: qui Sapientissimus improvi-
21 dus haberetur. Cognoscens enim sagacissimum Numen mortalibus
sæpissime infestum hunc morbum fore, ejusque sedem in latebris po-
nendam; ipsumque à nobis multò sæpius edomandum, & vincen-
dum, viam salutis tam arduam haud utique fecit. Heu? Heu? Nos
pueri sumus, & fatui: & sapientia nostra apud Deum stultitia est.
22 Nec dicendum foret, quod pleuræ inflammatio in verum, & ge-
nuinum abscessum semper vertatur: quo rupto cum sanie, & pure
cruoris pars effundatur; indeque sanguinem purum, purulentæ ma-
teriæ mixtum per pulmones trajici, tussique ejici eveniat. Nam pri-
mo, uti diximus, ex itinere longo extra vasa positus cruor potius
ater, quam coccineus, floridus, & purus videretur. Secondo ma-
23 teria illa, quæ saniei, & puris vultum similat, nec sanies, nec pus
plerumque existit: nam si talis quippè foret, genuini puris condi-
tiones haberet; quas Richar. Mort. Cap. 4. de Sign. pathol. Phthis.
24 recenset. Verum autem pus (inquit) tribus hisce signis dignosci *
potest: primo nares odore fœtido afficit: secundo licet quadante- *
nus crassum, nullo tamen modo glutinosum, sed fluidum, & fi- *
brillis privatum est: tertio varii est coloris, 13. flaui æruginei, *
vt plurimum autem cinericii, & subnigri: Et quamvis ex Hippo- *
crate pus quandoque (ut benè indicet) esse debeat album, leve,
25 & æquale; tamen verò saltem neque glutinosum est, & super car-
26 bonibus injectum maleolet. Maximè notandum quod genuinum pus
non adeò facilè gignatur morbi initio; nec suppuratio, & abscessus
ruptio tam brevi tempore fiat: ex Hippocrate 5. aph. tex. 8. habetur.
Quicumque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non re- *
27 *purgantur, hi ad suppurationem vertuntur.* Quem terminum alii *
quoque prorogant, & ipsemet Hippocrates lib. pr. de morb. de Pe-
ripneumonia inquit. *Et siquidem in diebus judicatoriis putrefacta* *
1.3. *bilis, & pituita per sputum rejecta fuerit; æger superstes evadit:* *
Si verò & ea, quæ ab initio advenerunt susceperit, & alia insuper ac- *
cesserint utplurimum moriuntur; Si verò ad dies perveniant duos, & *
viginti, & febris remittat, & in his per sputum purgati non fuerint, *
suppurati fiunt: fiunt autem maximè ex his, quibus & Pleuritis, & *
Peripneumonia vehementissima existit. Ex quibus apertis verbis elu- *
cescit, quod materia sputi in Pleuriticis, & Peripneumonicis ante
decimum quartum, & vigesimum secundum diem quandoque, haud
28 sit suppurata; sed juxta Hippocraticam dictionem putrefacta; id
est mutata, & degenerans: & sanguis putrefactus intelligatur sta-
gnans, & à priori florido, coccineoque colore recedens, ater,
plurimumque à se ipso mutatus. Quod pleuriticum sputum, si ve-
rum, & genuinum pus siquidem foret, pulmones semper læderet;
& Pleuritici Empyici fierent; uti cum Gualthero, & Diemerbroech.
29 diximus. Et quamvis Hippocrates aph. xv. Sect. v. dixerit, *quicum-*
que

quæ ex morbo laterali suppuratur, si in quadraginta diebus repurgantur à die, qua fit ruptio liberantur; si verò non ad tabem transeunt; tamen pauciores empyici penitus repurgantur, & revalescunt [ut notavit Diemerbroech. & nos experti sumus] interdum qui pulmonis vomica laborant, ac viam exitus puris expeditiorem habent, sanitati restituuntur; at longe rarius, & secus, ac qui Pleuritide propria, & abscessu pleuræ fuerint affecti: Ex mille unus.

Quæ objectiones quoque premunt contra Recentiores quosdam
asserentes pleuræ pulmones semper affigi, & adhærere; qui dicunt 30
partes illas veluti duos digitos exesos, & simul coalentes uniri: unde si una inflammata, aut suppurata per adhæsionem, & coalitionem altera quoque compatiatur, & ex illa huic immediatius, & proximius per vasorum, venarumque consensum communicetur
materia pleuritica, ipsaque per pulmonum vesiculas, ac bronchia 31
denique expuatur. Quod primo falsum est ex nostra observatione, ac Clarissimi Diemerbroech. cujus auctoritatem paulo inferius adducemus pulmones pleuræ haud semper affigi. Et si semper adhære-
rent, quod ipsi volunt, quid inde? Difficultates ipsæ haud preme- 32
rent? Consideranti patet: quæ utique opinio ex mille objectionibus nullam, aut paucissimas solveret. Jis, quibus pulmo pleuræ per villos, & fibras adhæret, adhæsio adeò stricta non est, adeoque exacta; ipsique ita consuti haud sunt, ut hæmorrhagia interna vitaretur, & ex villorum interstitiis in thoracis cavitatem non caderet sanguis; aut materia suppurata, verumque pus eò non deplueret: & Pleuritici ferè omnes empyici fierent, vel phthisici, si per pulmonum vias, & anfractus frequens iter afforet. Sputi pleuritici
transitum per pulmones quantum possimus, nos amovere conabimur 33
in ipsa quoque pulmonia, ut infra notabitur. Inflammato denique diaphragmate, interioribus costarum musculis, earumque exterioribus, & quacumque alia parte ejusdemmet pleuræ, cui pulmones non adhæreant, sputum pleuriticum quoque notamus: unde igitur, & qua via, modove quo facili? si hæc adhæsio, & connexio non adsit. Neque possibile esset per villos, & membraneos nexus, quibus pulmo pleuræ adnectitur, aut per hujus visceris vasa, & venas
materiam pleuriticam exugi: quoniam transudationis via nullo mo- 34
do id evenire posset; & semper materia tenuis, & percolata educeretur: hæcce per sanguinis vasa pulmonum propria, eorumque multos pneumoniacos ramos obvolueretur, & ad cor potius, quam vesicas, & bronchia promptiori tramite ferretur. Quod quoque nimis arduum foret; à vasis enim altero fluido plenis nec adeò facilè ebibi valeret: ipsæque insuper innumeræ objectiones superius positæ occurrerent: Eo quod vt materia pleuritica, & suppurata ad vesiculas duceretur, necesse foret ut venæ, & pneumonica vasa exederentur, & lacerarentur, ea præcipuè, quæ mirabilis retis instar vesicas ipsas constituunt; sic enim in earum sinum laberetur, & per bronchia

deinde proximius foras eliminaretur; indeque pulmonum vlcus, quod rarius fit, frequentius contingeret, & ex pulmonum motu in vesiculas ipsas cruor ipse incunctanter manaret; & sic ut repurgaretur pleura, novus tumor, & inflammatio nova iis semper accideret: quod sagax Natura non putavit. Hæc igitur via non est, quæ ad apertum ducat: aliam itaque faciliorem, & minus arduam perquiramus.

Quas denique rationes, & difficultates omnes perpendendo ad Zecchii, & Plateri opinionem procul dubio accederem; ob id præcipuè, quod inflammatis in Pleuritide pulmonibus tantum; aut cum pleura jisdem vnà affectis cruenta ex jis facilius deduci possent; quamvis aliæ quoque difficultates, & objectiones premerent, ut infra dicemus; nisi ratione, autopsia, & auctoritate ad oppositam sententiam tuendam essem coactus.

CAP. III.

Pleuram Pleuritidis veram sedem esse probatur.

IN Pleuritide pleuram inflammatione haud eximi asserimus: & quamvis cum pleura sæpè pulmones unà afficiantur, uti cæteræ
1 thoracicæ partes; tamen verò solam pleuram pulmone ipso illæso sæpissimè inflammari autumamus: quæ plenè probare nitimur.
2 Primo ratione. Nulla est firma ratio, qua hæc membrana costas succingens ab inflammatione excludatur. Nonne enim est corporis pars solida, sicuti cæteræ? vasis quamplurimis referta, sanguiferis præcipuè, arteriis nempe, & venis exiguis, & minutis? In quibus
3 non modo cruoris remora fiat; verum in genuinum abscessum quoque pervertatur; uti aliis thoracicæ regionis partibus, & totius corporis cæteris membranis evenire solet. Membrana hæc admodum
4 sensibilis est; doloribus acutis quoque obnoxia: cui aciculæ, moleculæque salinæ, acutæ, scabrosæ, & biliosæ infixæ spasmodicas contractiones, & convulsivas crispationes parere valent, ex quibus facillima sanguinis interceptio, & conglobatio adveniat; vel cruor utplurimum lentescens in ejusdem vasis tenuibus immoratur, & stagnat, indeque inflammatio, & phlegmonosus tumor fiat, & attol-
5 latur. Et quia latus juxta Hippocratem *natura carne nudum sit præ* * *omnibus corporis partibus, & non sit quidquam in ipso, quod renita-* * *tur præter ventriculi cavitatem, rigorem percipit.* Ex aureis magni * senis verbis deducitur, quod membrana, & singulæ thoracis partes, quæ ejus dura ossa tegunt, veluti coriacea tela ipsis distenta inhæ-
6 reant: ex qua distentione, & stricta eorumdem sutura præterlaben-

ta

ti sanguini non facilè ceditur, nisi servato naturæ rythmo, & cruo-
ris, humorumque crasi justa manente. Dixit igitur Hippocrates *car-* 7
ne nudum latus; quatenus costarum externa, & interna facies, seu
latera carne nudentur, quamvis musculosa caro, seu musculi costas
interponantur. Hæc membrana insuper ex communi contra Gale- 8
* num duplex ubique est [uti Barth. notavit lib.2. de thorac.] ut in-
* ter duplicaturam vasa ferri queant: exterior pars, quæ thoracem
* respicit durior, & crassior; interior costis alligata tenuior: inter
* has sæpè materia pleuritica colligitur, nec tantum inter pleuram,
* & musculos: Quod quoque contra Helmontium est Tract. Pleur.
* Fur. num. 23. ubi ait. Non est etiam culina pleuræ in tenuissima, 9
* ac indivisibili ejus membranula; sed in continua sibi intercostali
* carne. Et quamvis Pleuritidis nidus hæc caro sæpius adsit, ut in-
* fra dicetur; verumtamen ipsa pleura haud excluditur.

Imflammari hanc membranam [nisi me fallat opinio] equidem
duco ob perennem, statutumque thoracis motum diuque noctuque 10
respirationis causa incunctantem; inspiratione quodammodo am-
pliari, expiratione corrugari videtur: ex qua mutua (vt sic dicam)
diastole, & systole aliquantisper robur, & tonum non semper eum-
dem pleuram servare, eamque delaxari idcircò difficile non erit; vn-
de facilius admissus humor (eò magis si natura lentescat) nec æqua
mensura, aut pari tempore remittatur, quam admittatur; nova
semper à tergo urgente materia, facilius igitur immorabitur, & pa-
ludescet; pleuræque exinde inflammatio fiet. Sicuti particulæ sali-
næ, & scabrosæ in diastole promptius admissæ, systole verò contri-
ctæ, veluti *spinæ manu compressæ*, parti intimius infiguntur: ex
quo fibrarum nova convulsione, & spasmodica contractione oriente
phlogosis gignetur: ut fusius infra dicemus.

Secundo autopsia hæc sententia firmatur. Pleno ore prisci, & 11
recentiores Auctores innumeri fatentur; sua quilibet experimenta,
& Anatomicas inspectiones affert de Pleuriticis sola, & singulari
pleura, haud pulmonibus affectis, vità defunctis; quamvis hos
cum illa inflammatos sæpè reperierint: ut inter cæteros notat Clariss.
Diemerbroech. Anat. lib. 2. in iis, quibus pulmones pleuræ affixi
sunt; non verò quibus ii à pleura liberantur, simul inflammari pul-
mones, & pleuram: & ex reiteratis sectionibus tertiam, aut quar- 12
tam Pleuriticorum partem sic læsam fuisse computat, ipsumque Pla-
* terum his verbis signat. In aliis verò, quibus pulmo liber à pleura
* erat, eum nihil affectum fuisse hac in parte oculis nostris magis
* confidimus, quam dictis aliorum, qui fortè nil tale viderunt. Si 13
* Platerus se quid tale aliquando obseruasse scribat, nihil miror for-
* tasses ille (quod etiam aliis contingere potest) inter plurimus va-
* riis morbis interemptos, tamen paucos Pleuriticos secuit: & forte
* paucis illis, quos secuit, etiam pulmo pleuræ affixus fuit quemad-
* modum ex dissectionibus comperio illud tertiæ, vel quartæ ho-

minum parti contingere; ſed alios, quibus pulmo à pleura erat liber, ſecuiſſe non videtur: quales tamen non ſemel nos ſpectandos exhibuimus cum gravi pleuræ, nulla verò pulmonis inflammatione, aut affectione.

14 Auctoritate denique Auctorum Principis Hippocratis noſtra roboratur ſententia: qui lib. pr. de morb. clarius, & apertis notis Peripneumoniæ, & Pleuritidis diſtinctionem adducit. Cæteras ejus doctrinas brevitatis ergo linquendo, hanc unicam etſi prolixam referre haud pigebit. *Pleuritis, & Peripneumonia fiunt hoc modo. Pleuritis quidem, quum potiones acervatæ, & fortes valdè corripiunt: percaleſcit enim totum corpus, & humectatur à vino: maximè autem & bilis, & pituita percaleſcit, ac humectatur: & ſanè his commotis, & humectatis continget ut rigor invadat ebrium, ſive ſobrium: & quum latus natura carne nudum ſit præ omnibus corporis partibus, & non ſit quidquam in ipſo, quod renitatur præter ventriculi cavitatem, maximè rigorem percipit: & quum riguerit, & perfrigeratum fuerit; tum caro, quæ eſt in latere, tum venæ contrahuntur, ac convelluntur: & quantum ipſa carne ineſt bilis, ac pituitæ, aut in venis, quæ in ipſa carne ſunt, id magna ex parte, aut totum ſecernitur, introque compellitur ad caliditatem, carne extrinſecus condenſata: atque id ad latus affigitur, & dolorem vehementem exhibet, & percaleſcit, & per caliditatem trahit ad ſe ipſum à vicinis venis, ac carnibus pituitam, ac bilem: atque hoc ſanè modo fit. Ubi verò ad latus affixa putruerit, & per ſputum rejecta fuerit ſani fiunt: Si verò & antiquum multum affixum fuerit ad latus, & aliud inſuper acciderit; ſtatim pereunt præ ſalivæ copia expuere nequeuntes: aut ſuppurati fiunt, & partim pereunt, partim evadunt. Indicium autem hæc de ſe præbent in ſeptem diebus, aut novem, aut undecim, aut quatuordecim. Dolorem quoque inducunt ad humerum, & ad claviculam, & ad alas hac da cauſa: vena, quæ ſplenitis appellatur tendit à ſplene ad latus, à latere verò ad humerum, & ſiniſtram manum: hepaticis autem ad dexteras partes eodem modo. Et quum hujus in latere pars à rigore contracta fuerit, & ſanguis in ipſa horruerit; ad alas, & claviculam, ac humerum concedit, & convellit, ac dolorem inducit: eodem modo, & loci circa dorſum ab affixo ad latus humore pituita, ac bilis percaleſcunt, & quandoque dolorem locis infra latus exhibet. Sæpè verò ſi ad infernas partes convertatur; dolorem per venas ad veſicam diſtribuit, multumque, ac bilioſum æger mingit. Arbitrantur autem hujus morbi cauſam, & principium rigorem eſſe. Peripneumonia fit quum commota, & calefacta pituita, ac bile pulmo præ caliditate traxerit in ſe ipſum de vicinis locis ad ea, quæ jam ſunt in ipſo: & percaleſcit quidem totum corpus, ac dolorem exhibet maximè autem dorſo, & coſtis, & humeris, ac ſpinæ: nimirum ab his in ſe ipſum attrahens plurimam humiditatem, & ſuperexiccantur hæ partes, & nimium caleſcunt: poſtquam autem attraxerit in ſe ipſum, & tum bilis, tum pituita ſedem in pulmone occupavit, pu-*

tre-

* *trescit, ac suppuratur: et siquidem in diebus judicatoriis putrefacta per*
* *sputum rejecta fuerint, æger superstes evadit; si verò et ea, quæ ab ini-*
* *tio advenerunt susceperit, & alia insuper accesserint, & neque spuens,*
* *neque putrefaciens superarit; præ copia eorum, quæ insuper accedunt,*
* *utplurimum moriuntur: si verò ad dies perveniant duos, & viginti, et*
* *febris remittat, et in his per sputum purgati non fuerint, suppurati fiunt:*
* *fiunt autem maximè ex his, quibus, et Pleuritis, et Peripneumonia*
* *vehementissima existit.*

Ex quibus colligere licet, quod non solum latus, ejusque mem-
branæ inflammentur; verum insuper ad partes superiores, & in- 15
feriores ultra thoracem affectio extendi queat. Quæ utique vasa ab
Hippocrate descripta cum pneumonicis haud consentiunt; quoniam 16
splenitis, seu lienaris ramus venæ axillaris sinistræ; & jecoraria,
seu hepatica dexteræ jisdem haud inserviunt: & sic nuncupantur,
non quia à splene, aut hepate proximè oriuntur, sed quia in parte 17
sinistra, ubi splen residet, & in dextra ubi jecur, constituuntur:
* & ut notat Bartholinus: Basilica, aliis cubiti interior, hepatica,
* & jecoraria, &c. quia in jecoris affectibus secari solet: sed in sini-
* stro latere vocant lienarem, quod eius sectio commendetur in affe-
* ctibus lienis nulla ratione. Et notandum quod de peripneumonia 18
* loquens Hippocrates dixerit: *Percalescit quidem totum corpus, & do-*
* *lorem exhibet maximè autem dorso, & costis, & humeris, & spinæ:*
Quibus pulmo per fibras quoque conjungitur. Tamen verò haud
subjunxit dolorem ad inferiores partes ultra thoracem pulmonibus
non communes extendi; quemadmodum de Pleuritide pronunciavit:
nam pulmonibus in peripneumonia affectis inflammatio major est 19
(uti refragantem Hippocratis textum prius adduximus ex lib. de loc.
in hom.; quem paulò inferius quoque commentabimus) quam in
Pleuritide, in qua unum tantum latus afficiatur: ad inferiores, &
plures partes Peripneumonia, quam Pleuritis dictionem suam dila-
tare deberet: si in peripneumonia pulmonum extremitas major red-
dita utrumque latus contingit, dolorem majorem siquidem
exhiberet costis, dorso, &c. minorem verò cum unum latus tan-
tum contingeret; tamen verò Hippocrates ibi in Pleuritide dolorem
vehementem notat: quam vehementiam in peripneumonia non
explicat. Tandem *latus natura carne nudum, in quo non sit, quod reni-
tatur præter ventriculi cavitatem*, in Pleuritide afficitur: quæ de uno
latere prædicari nequibunt; cum juxta Antiquiores parenchyma sit
sive sui generis caro nullis ossibus obdurata, & viscus præ cæteris aliis
corporis partibus molle, retinens; & quod inflammatum dolorem 20
longè obscuriorem affert, quam lateris inflammata membrana. Et
notandum denique quod in Pleuritide indicium præbet Hippocrates 21
* *in septem diebus, aut novem, aut undecim, aut quatuordecim*, uti ali-
* bi in Aphor. inquit. *morbo laterali laborantes si decimo quarto die non*
* *repurgentur, suppurantur*. In peripneumonia post duos; & viginti 22
dies

dies ad ſuppurandum tempus conſtituit; cum potius ratione magnitudinis inflammationis, & afflictionis majoris in peripneumonia facilius, & brevius materia ſuppuraretur, & in Pleuritide, in qua latus vnum pulmonum inflammari volunt, minor affectio eſſet, & longiori tempore, aut ſaltem termino utrique communi ſuppuratio
23 fieret: cum temporis iſta diverſitas ad ſuppurandum à materia in pleura, & thorace magis reſtricta, quam in pulmone magis quoque cedente, pendeat, & à dolore adhuc in illa, quam in hac vehementiori, & à vaſorum numero minori, exiliorumque in membrana pleura, in pulmonibus verò majori, & ampliorum: ex quibus cruoris maſſam in uno loco potius, quam alio anguſtatam à thoracis muſculis proximius immediatius, ac fortius compreſſam, & concuſſam, & quaſi duriori manu intriſam (ſi intra decimum quartum diem non diſſolvatur, removeatur, & repurgetur) ſic conquaſſatam veluti in ſacculo reſtrictam ſuppurari poſtea neceſſe erit: at in pulmonibus ſanguis lenteſcens ob plura vaſa, & majora magis utique expatiabitur, fluctumque etſi languidiorem diutius, quam in pleura ſervabit: neque pulmonum latera ad plenitudinem ſummam citius implebit; cedentia enim: & ob hujus viſceris ſyſtema minus tenſivum, & ſenſitivum, at molle dolorem haud acutum præſtabit: & denique ob ejus laxitatem aliena quoque vi agitati, & concuſſi uſque ad vigeſimum ſecundum diem potius, quam in pleura ſuppuratio prorogabitur.

24 Et quamvis Hippocrates lib. deſcripto de loc. in hom. inflammationem medietatis pulmonum Pleuritidem appellet; haud convertibiliter [uti vulgò dici ſolet] hoc ſit ſentiendum; id eſt pulmonis lateris inflammatio ſit tantum Pleuritis, & hæc illa; ita ut pleura in-
25 flammatione penitus excludatur; quoniam ampliori ſenſu locutus fuit Hippocrates; uti nos quoque dicere ſolemus hominem Pleuritide teneri, quamvis re vera haud ſit affecta pleura, ſed thoracis muſculi externi ſint tantum inflammati; vel dolor externus punctorius, quandoque ſine febri; vel lateris dolor à vermibus promanans Pleuritidem ſimilans adſit: quæ Pleuritides vulgò quoque ſpuriæ dicuntur; id eſt lateris morbi, & dolores: Pari modo cum extremitatum pulmonis pars quædam inflammetur, Pleuritis dicitur: uti ex ipſis Hippocratis verbis liquidò notatur ſenſus: qui ſubjungit; *id eſt coſtalis morbus*; hoc eſt coſtarum regionem reſpiciens, & intra ejus limites poſitus: & lib. de vict. rat. in morb. acut. dolorem lateris prò
26 Pleuritide intelligit. *Cæterum Pleuritis* (inquit) *hoc eſt dolor lateris, ſive ab initio fiat, ſive poſtea calefactoriis quidem primum non alienum eſt tentare, diſſolvere.* Unde ſi pulmo latus contingit, lateris dolorem, id eſt Pleuritidem facit: idcircò quamvis pulmo inflammatus Pleuritidem faciat 5.3. notham; tamen verò non eſt ipſa
27 pura Pleuritis ratione loci: & ſic licet inflammatio pulmonis lateris Pleuritidem conſtituat; tamen verò inde non ſequitur, quod abſque
pul-

pulmonis lateris inflammatione pleura inflammari non valeat. Pu-
tabat Hippocrates pulmonem latus tangendo dolorem parere: nos 28
verò non ſolum per contactum, ſed per pulmonis pondus in partem
oppoſitam præcipuè lacerando fibras, quibus pleuræ adnectitur, du-
cimus: quo ſenſu forſan loquutus fuit Hippocrates conſueto nomine
uſus; quia ſæpè quod vi trahitur, & concutitur, tangi fatemur:
uti canem verberanti, eum ne tangat, dicimus. Cujus textus ex-
poſitio maximè neceſſaria eſt ex præjudicata Medicorum opinione, 29
qui quamplurimi corticem abradendo putarunt, & tenent Hippo-
cratem in Pleuritide pulmonis partem tantum affectam, nec un-
quam pleuram voluiſſe.

CAP. IV.

De præliminaribus ad ſputis pleuritici notitiam, & primo de tumoris inflammatorii differentiis.

NObis itaque hoc opus nimis arduum favente Numine ſuperandum reliquum eſt; ut ſputi vulgò pleuritici dicti ſcatebram, canales, & fiſtulas, ejuſque indolem, naturam, & Ætiologiam perſcrutemur, & phænomena quamplurima, quæ longa indagine occurrent, diſſolvamus. Priuſquam verò in hunc tam altum, tenebricoſumque Pleuriticæ veritatis puteum deſcendamus, tria præ cæteris veluti flagrantes faces præmittere debemus, quibus penetralia quamvis intima elucidare, & recenſitas hactenus objectiones, & dubia ſolvere aggrediemur. Primum erit diſtinctio, & partitio inflammationis; quomodo ipſa ſit tenenda, & quæ ſit? ex cujus luminis defectu nebulæ, & mentis caligines emerſerunt. Secundum eſt notitia Anatomica præſertim eorum, quæ quidam Recentiores docent; ut inter cæteros Fridericus Ruiſch, Raymundus VViuſſens, Thom. VVillis, aliique Clariſſimi Auctores. Tertium denique eſt triplex diviſio ſputi pleuritici. Hæ igitur exactæ doctrinæ veluti tres firmiſſimæ columnæ ſint, quibus totius hujus libri machina fundatur, & adhæret.

Inflammatio itaque, ſeu tumor phlegmonoſus, & inflammato- 1
rius duplex eſt. Prior eſt cum arteriæ, aut venæ multo ſanguine, 2
vel lenteſcente repleantur varicum inſtar, quæ in externis partibus
præcipuè genubus notantur, & excedentis magnitudinis eſſe conſue-
ſcunt; adeo ut vaſa rupta non ſint, & cruor extravenatus, ſed præ-
ter modum dilatata, diſtenta, ac diſtracta, & repleta, ut expan-
ſionem, & notabilem capacitatem ponant ſimilem ei, quam de tra-
ctu acuto pluries ſignificat Hippocrates lib. primo de morb. *Si verò*

(in-

3 (inquit) *vena omninò rupta non fuerit, verum acutus tractus in ipsa* *
fiat, fit autem maximè veluti varix, qui etiam statim ubi factus fue- *
rit dolorem quemdam tenuem inducit, ac tussim aridam. Ubi subjun- *
git. *Eodem porro modo etiam venæ in latere afficiuntur, quæ intus in* *
superficiæ sitæ sunt, quum igitur affectæ fuerint, varicosæque factæ, & *
intus elevatæ, & neglectæ fuerint, hæc perpetiuntur. In quibus vasis *
4 igitur quamvis sanguis quodammodo immutetur, paludescat, &
(verbo Hippocratico) semiputrefiat, & effœminetur, ejusque
refluxus coerceatur, unde inflammatio, & febris acuta adsit; ta-
men verò in iis non adeò cohibetur, & suffocatur, ut à novæ undæ
influxu penitus non agitetur, & moveatur; unde à vera, & genui-
na putredine (sit venia verbo) & à suppuratione præservetur: &
5 hoc inflammationis genus, quod plerumque, & sæpissimè in Pleuri-
tide præsertim, & in quolibet alio Thoracis phlegmonoso tumore
accidit; quod non ita difficilius arte, aut natura dissolvitur soluto,
& attenuato cruore illo stagnante, & objiciente, & in postliminium
restitutis ipsius sanguinis massa, ac partibus distentis, & varicosis;
6 varicosa inflammatio nuncupatur: quam inter recentiores Henricus
7 Screta lib. de feb. castr. Cap. secundo eodem nomine indigitat, &
exprimit. Sic etiam (inquit) nulla fit in partibus inflammatio, *
seu sanguinis varicosa in arteriarum quarumcumque partium ra- *
musculis minimis distentio; nisi lymphæ, aut cruoris stagnatio *
in osculis vasorum, aut in ipsis glandulis minoribus, ac tubulis *
præcesserit. Et cap. 3. ab obstructione, & constrictione minorum *
arteriis appensorum osculorum; unde sanguis retro eadem stagnat, *
ejusque circuitus impeditur, & varicosa ejusmodi partibus excita- *
tur inflammatio. Et quamvis Auctor ipse arterias tantum varico- *
sas fieri ferè significet; nos verò ipsas non solum aneurismate, seu
8 [ampliori sensu] varice affici dicimus; verum venas ipsas in Pleuri-
9 tide, & præcipuè eam, quæ Azygos, seu sine pari appellatur, ex
lentiori sanguine eas plus minus diducente, varicosas quandoque
10 esse fatemur: interdum enim aneurisma, seu arteriarum varix adeò
crescit, ipsæque adeò dilatantur, ut ramus magnus venarum, aut
minor ab illis repletis, & inflammatis quandoque comprimatur;
ut cruoris refluxus cohibeatur: uti v. g. si minores arteriæ super ma-
nus dorso partis nutritioni dicatæ, & prope magis conspicuos vena-
rum ramos ita inflammetur, ut hi quodammodo comprimantur,
ipsi quoque varicosi fiunt; uti à tenui filo has venas compressas, &
11 vinctas tumefieri observamus. Posterior tumor phlegmonosus, &
inflammatorius est; cum vasa ultra capacitatem repleta rumpantur,
12 & cruor in partem proximiorem extra vasa diffluat, ibique veluti si-
num efficiat, ut corrumpatur, & in genuinum pus, aut ichorem
tandem degeneret: vel in jisdem vasis etsi non ruptis, at integris va-
ricosa inflammatio penitus augeatur, & [ut sic dicam] in vasis elon-
getur, ac dilatetur, ut cruor in iis contentus sic cohibeatur, & suf-

foce-

focetur, ut supervenienti sanguinis undæ cum stagnante omnino
præcludatur contactus, & undulatio, ac in fibris irradiatio, & tran-
situs negetur; aut fibræ oscillatio penitus intercipiatur; unde evenit
ut detenti cruoris vasa veluti utriculi humore repleti undique con- 13
stricti à nova unda, ac superiorum arteriarum pulsu contundantur,
& sanguis adeo intridatur, & reverberetur, ut deinde tam solidum,
quam fluidum corrumpatur, & vasa lacerentur; exinde purulentus
cruor extra ea ulterius suppuretur, & in genuinum pus denique ver-
tatur: quod majus fit, cum diutius moratur. Hujusmodi inflamma-
tio non adeo frequentius accidit (ut vulgò putatur) ac prius: & in-
flammatio ultima, & corruptiva dicenda. De qua loquitur Hippo- 14
crates eodem lib. primo de morb. §. 23. ubi inquit. *Ubi verò ad latus
affixa putruerint, & per sputum rejecta fuerint, sani fiunt. Si verò &
antiquum multum affixum fuerit ad latus, & aliud insuper accesserit,
statim pereunt præ salivæ copia expuere nequeuntes: aut suppurati fiunt,
& partim pereunt, partim evadunt.* Hujus posterioris generis fuit ab-
scessus à Lindano notatus, & ab Etmullero rescriptus filiæ D. Piso-
nis in succingente membrana, quam dilatatam veluti in immensum
saccum observaverunt: cujus tumoris materia suppurata ut foras eli-
minaretur viæ omnes præclusæ fuerunt ut notabitur infra; idcirco
periit.

CAP. V.

De notitia Anatomica percipienda.

PRima Anatomica notitia à Ruischio percipiatur circa ejus præ-
* cipuè Bronchialem arteriam. Quam [ut ipse ait] Bronchia- 1
* lem nominare visum fuit: super bronchia enim serpens ea conco-
* mitatur ad finem usque, ortum sumit ab arteriæ magnæ descen-
* dentis postica parte, digiti latitudine plus minus supra supremas
* arteriarum intercostalium ex aorta descendenti exortarum, ali-
* quando etiam duorum digitorum latitudine supra arterias modo
* dictas, nonnunquam etiam infra has originem habere comperio;
* placet enim naturæ aliquando varietate frui. Nunc unica exurgit,
* nunc gemina ita & sæpius. Hinc pulmones obliquè subit, bron- 2
* chiaque sub arteria venosa ad extremum usque comitatur, donec
* capillaris facta visus aciem effugiat. In pulmonibus humanis ob- 3
* servavi hanc arteriam sæpius anticam bronchiorum perrepere par-
* tem, quod in brutorum pulmonibus rarò vidi: existimo itaque,
* ut finem imponam hanc arteriam esse conditam ut pulmonibus 4
* sanguinem nobiliorem, perfectiorem, imo magis exaltatum com-

5 municaret. Hæc ille. Cujus figuram (præ manibus non habens *
Ruisch) observet in Anat. ref. Barth. in fin. cap. 8. de vas. cord. fætus unione.

6 Ex quibus apparet, quod arteriæ præcipuè intercostales, inferiores, quæ per pleuram, & thoracem diramantur, ex eodemmet trunco oriuntur, ex quo arteria Bronchialis, aliique rami mediastinam, & phreneticam constituentes ex Wiussens Tract. de remotis, & proximis mixti principiis. Aorta (inquit) inferior priusquam *
diaphragma perforet, plures mittit ramulos, quorum primus, *
qui modo unus, & modo duplex est, arteriam bronchialem, & *
alias arterias intercostales, mediastinam, & phreneticam consti- *
tuunt. Arteria bronchialis pulmonis bronchia ubivis comitatur, *
& irrigat: arteriæ intercostales in partes thoracis ambitum, & su- *
pernam, externamque abdominis regionem constituentes inserun- *
tur. Mediastina per mediastinum, thymum, & pericardium *
distribuitur: phrenicæ verò in diaphragma, mediastinum, & pe- *
ricardium adsumuntur. *

Ex Willis sect. prima de Medic. Thor. cap. primo de respirat. or-
7 ganis, & usu hæc habentur. Tunica interior musculosa tracheæ, *
sive asperæ arteriæ binas alias etiam quasi adnatas habet gladula- *
rum 5.3, & vasculosam: nam sicuti alibi circa arteriæ sanguiferæ *
anatomen notavimus, etiam advertere licebit, fistulam interio- *
rem tracheæ, textura vasorum omnis generis, ac præcipuè sangui- *
8 ferorum densissima, & quasi retiformi obduci. Arteriæ non à vasis *
pneumonicis, sed à ramo bronchiali (quem ab aorta Clariss. Do- *
minus Ruisch oriundum detexit) profectæ huic inseruntur, quas *
etiam propagines venosæ originem suam venæ cavæ debentes, co- *
mitantur: binis hisce surculi nervei occurrentes variè complican- *
tur: adeoque ex omnibus intertextis quoddam quasi reticulum to- *
tum tracheæ dorsum obducens constituitur, seu vasorum plexui *
9 glandulæ perexiguæ, & albicantes ubique substernuntur, seu po- *
tius cohærent; pari quidem ritu, ac in vasis plerisque aliis majo- *
ribus, & visceribus quibusque membranaceis habere alibi ostendi- *
mus. Quibus omnibus lymphæductus adjuncti famulantur. Quod *
spectat ad usus eorum procul dubio arteriæ, & venæ tracheæ tu- *
bum rivo sangineo propter nutricatum ejus perluunt; atque nervi *
spirituum copias, & motuum obeundorum instinctus ad fibras mu- *
sculares deferunt. *

10 Quæ siquidem tracheales glandulæ unctuosum liquorem per sua excretoria vasa etsi minima in tracheæ cavitatem effundunt, quibus veluti infinitis porulis asperæ arteriæ interna superficies prædita est: uti Schraderus obser. 9.

11 Supponendum denique laryngem, seu asperæ arteriæ caput à carotidum ramis arterias quoque habere; quemadmodum fauces, ora, nasum, & faciei partes superioris, & inferioris maxillæ ex Barth., aliis-

aliisque Anatomicis. Quam postremam carotidum notationem maximè commendo, veluti firmissimum ramum, super quo nostra sententia præ cæteris stabilietur, & manebit.

CAP. VI.

De Sputi pleuritici triplici divisione.

HIs superius adnotatis Anatomicis monitis, recteque perpensis Tertiò fatemur sputum vulgò pleuriticum dictum haud rigoroso sensu, quatenus inflammata sola pleura appareat, sed ampliori sit 1
concipiendum; veluti laterale, & thoracicum, partibus 5.3 thoracis regionem constituentibus affectis: inter quas recensentur non solum, & præcipuè pleura, à qua nomen primò trahere videatur; 2
verum insuper musculi laterales, & thoracici externi, & interni, ac periostium ipsum, mediastinum, septum transversum, iidemque pulmones: his itaque quoque inflammatis cruenta, & purulenta, puri 5.3 similia spuuntur: quæ omnia sub generali pleuritici sputi nomine continentur.

Hoc itaque pleuriticum sputum rursus triplex considerandum ducimus. 3
Cruentum primum, vel hæmoptyicum potius ampliori nomine dicendum, haud à pleura sana in thoracis cavitatem transudans, neque à rupta pluens; sed antequam abscessus fiat plerumque apparens ex resiliente sanguine natum: quod in Pleuritide vera, ac 4
cæteris thoracis inflammationibus, ipsorum quoque pulmonum, à 5
quibuscumque vasis sanguiferis supra descriptis non modo totius tracheæ, ejusdemque laryngis, ac ab ipsa bronchiali arteria; verum etiam, & maximè ex faucium, & oris carotidum ramis quocumque 6
modo à distensione apertis, & in tracheæ, ac oris cavitatem præci- 7
puè oscillantibus, more cujuscumque aliæ hæmoptysis factæ, tussi 8
ejicitur: quæ utique vasa ex affecta pleura tramite propinquiori, & magis directo cruorem eructant, uti ex aliis thoracicis partibus inflammatis: uti fusius infra dicemus.

Quod autem à distentis vasis sputum cruentum in Pleuritide, ac Peripneumonia fiat, aurea, & lucidissima Hippocratis doctrina 9
* confirmat in lib. primo de morb., qui hæc habet: *Porrò subcruen-*
* *tum, & lividum est sputum in Pleuritide, & Peripneumonia. Idque*
* *ob hanc causam principio quidem plerumque neutrum spuunt, neque li-*
* *vidum, neque subcruentum; unde nosse convenit morbum vehemen-*
* *tem esse; quum autem sputum subcrassum spuere cœperint; tunc maxi-*
* *mè purgantur. Spuitur autem id à distentione venarum, in Pleuritide* 10
* *quidem earum, quæ sunt in latere, in Peripneumonia verò earum,*

quæ ſunt in pulmone, & caliditatem ad ſe ipſam affectio trahit. Et *
quamvis à pulmonum vaſis in peripneumonia quandoque ſanguis im-
11 mediatè ſpuatur; tamen per alias arterias, & venas [uti in Pleuri-
tide ipſa evenire ſolet] plerumque fieri ducimus; adeout quacum-
que via diminuta ſanguinis mole, ipſe in pulmonibus ſtagnans diſ-
ſolvi poterit: & ſic inflammationem ſolvi continget eo prorſus mo-
12 do, ac in Pleuritide: & rarò (ut diximus) per vaſa pneumonica,
& pulmonum propria trajicitur ſanguis; quoniam ſi ea afficerentur,
rumperentur, aut aperirentur; Empyematis, aut Phthiſis pericu-
lum facillimè immineret: cruor enim è profundo totus haud facilè
abraderetur, & extra exiret; indeque putreſcens (antiqua dictione)
ibique vitiatus inſanabile ulcus facilius pareret.
13 Ex quo textu clarior quoque apparet diſtinctio Pleuritidis, & Pe-
ripneumoniæ apud Hippocratem: in illa lateris vaſa, in hac pulmo-
num afficiuntur, uti ſuperius diximus.
14 Secundum ſputum Empyicum dicitur: quod ex genuino abſceſſu,
ſuppurato, & rupto Pleuriticis interdum accidere poteſt, quamvis
non adeò frequentius veri, & non fucati puris, & ſaniei, ſive icho-
15 ris formam præferat; cujus pars tenuior per pulmonum ſubſtantiam
trajici, & foras extuſſiri ſolet: Qui Pleuritici plerumque rarò eva-
dunt, quin empyici, & phthiſici fiant. Vel intra duplicaturam
membranarum pleuræ ſanguine extra vaſa deducto, ſuppurato, &
abſceſſu completo, pus in eo ſacculo contentum partem haud perte-
rebraret, quæ thoracicum ſpecum reſpicit, unde in ejus cavitatem
16 effluere nequiret; verum ex interiori parte vaſa pleuræ tenuia, ejuſ-
que reducentes venas tantum corroderet; indeque pars puris bibere-
tur, & à venis ad cor reduci poſſet: ex quo ob perennem ſanguinis
circuitum veluti effœta materia, & omnino impar, cum ad emun-
17 ctoria devenerit, ſi ad renes ſimul cum urina excernetur; ſi ad tra-
cheæ, & oris glandulas, tuſſi quoque expuetur; quamvis longis
ambagibus, & ferè continua unda hoc pus ablutum putoris energiam
18 vegetam, & acutam parum redoleret: hujuſmodi purulentum ſpu-
tum etſi tracheale dici poſſet reſpectu partium, è quibus emungitur,
& non empyicum, quia per pectoris cavitatem non educitur; at
19 empyicum potius ſit nuncupandum, quatenus in ſubſtantia (uti di-
ci ſolet) à conſueto ſputo ordinario, & tracheali differat, & quam
ſimillimum ſputo empyico ſit. Et quamvis per ipſos arteriæ bron-
chialis ramulos genuinum pus hoc modo deſcripto (abſque eo quod
per ipſum cor trajiceretur) unà cum ſanguine ejici impoſſibile non
20 foret juxta quodammodo Eraſiſtrati ſententiam; tamen rariſſimè,
21 & difficillimè eveniret. Sputum verò empyicum per thoracis cavita-
tem per pulmonum fiſtulam ejectum plerumque his ſuppuratis, &
eroſis habetur; ſeù potius à peripneumonia corrupta, & pulmonum
ipſorum vomica; vel à ſanguine per eos diffuſo, & emortuo ulcus
gignente oritur.

Tertium denique ſputum tracheale nuncupandum, eſt quicquid 22
præter ſanguinem, & genuinum pus tuſſi ejicitur; non ſolum quod
ex trachea vulgò educitur; verum etiam id, quod ex glandulis ori
annexis tuſſi expuitur. &

Ad majorem intelligentiam ſupponatur os internum eſſe veluti la-
cunatum antrum, in quod undique ferè ex ejus peripheria è glandu-
lis per excretoria vaſa ſcatent varii humores; à quibuſlibet quilibet 23
ſuus, ex vaſis capitis, & thoracis aſcendentibus elaboratus in hanc
lacunam influit. In quod igitur antrum ex glandulis maxillaribus, 24
& buccarum tenuis humor aquoſus, & tranſlucidus propriè ſaliva
dictus; ex palatinis, tonſillis, & glanduloſa linguæ radice lentus 25
humor à Warthon mucus dictus exprimitur: Quibus glandulis præ- 26
ter alios uſus adſcriptus eſt linguam, fauces, laryngem, & œſo-
phagum humectare, & oblinire. In quod quoque per foramina con- 27
ſentientia in palatum ex naſo interdum aſſugitur materia tonſillarum
muco viſcidior, ab eodem Warthon pituita, & vulgò mucus pro-
priè dicitur. In quod itidem per ductum excretorium admodum in-
ſignem ſeſe exonerant Parotides conglomeratæ: qui excretorius du-
ctus per plures ramuſculos, ſeù radiculas in unum truncum comple-
ctens ex diverſis glandulæ partibus emergit: inde verſus anteriora
inter muſculum buccinatorem, & buccarum glandulas obliquè de-
orſum tendens in illam oris partem, quæ dentibus molaribus ſuper-
ponitur, prope labium inferius deſinit oſculo amplo, ac patente;
ita ut etiam per tubulum mediocris magnitudinis inflari queat. Ut
annotat inſignis Anatomicus Philippus Verheyen. Et quamvis tuſſis 28
primariò ex titillatione, aut irritatione tracheæ, ejuſque capite
larynge (ex qua hoc ſputum denominatur) primariò fiat; verum- 29
tamen materia, quæ tuſſi ejicitur, haud tota, ſed longè minor pars
è trachea plerumque educitur, præcipuè in hoc tratheali ſputo:
quoniam in tuſſi præter tracheæ tunicam ſeſe criſpantem ad expri- 30
mendum tota oris tunica interna, & ipſius naſi illi communis ad
oſcillandum, & convellendum trahitur: quod clariſſimè patet.
Cum fit tuſſis, quæ à magna inſpiratione, & violentiori expiratio- 31
ne perficitur, obſervamus non ſolum thoracem prius dilatari, hu-
meroſque attolli, & guttur ampliari; verum quoque buccas retro
ad latera aures verſus diſtrahi, & os aperiri, nariumque pinnas ex-
pandi (quæ omnia earumdem partium communis tunicæ oſcillatio-
nem, & reductionem oſtendunt) quæ omnes hæ partes deinde ver-
ſus fiſtulæ centrum unà ſimul moventur, & conſpirant; indeque
expiratio fit, & tuſſis oboritur: idcirco non ſolum quoddam in tra- 32
chea contentum, & premens excernitur; verum etiam ex propin-
quioribus tonſillis in ſuperiori laryngis ſede conſtitutis, & ex glan-
dulis linguæ radicis ut quidpiam exprimatur neceſſe eſt: nec non
palatinæ, maxillares unà coguntur; & naſus ipſe emungitur; & ſi
tuſſis vehementior fuerit, ex oculis quoque guttulæ labuntur, vo- 33
mitus

34 mitus promovetur, & ferè tota hominis machina concutitur: non
solum medius venter primariò, sed inferior quoque, & superior ad
expuendum conturbatur. Si omnia, quæ dico rectè perpendatis,
35 meam utique tenebitis sententiam. Larynx à superiori hac faucium
parte ex abundanti, vel acri, aut viscido humore irritata absque
eo, quod ab interiori, & inferiori propriæ fistulæ via vellicetur,
36 tussim pluries efficit: nos quotidiè notamus si mucum è naso ad os
sugamus, illum ad interiora faucium excurrere, & tussim quando-
que extemplò excitari, qua deinde ipsum educimus; quia in ea su-
ctione epiglottis quodammodo aperitur, & illius humoris pars eam
titillat: unde est quod in simplici catarrho, ubi lympha, & serosus
humor nimius in os depluit, magna tussis quandoque habeatur, &
ferina; præsertim cum thorax ad excernendum dilatari incipiat:
37 cujus ratio est; quia inspiratione incipit tussis, ut thorax, omnesque
partes respirationi inservientes prius expandantur, ut ad expromen-
38 dum postea facilius, citius, & vehementius comprimantur; uti ex
39 mechanica: alia insuper ratio est quia inspiratione partes internæ
corporis axem respicientes veluti dilatantur, earumque pori, &
glandulæ magis aperiuntur; unde quod intus inhærebat facilius evo-
luitur, & depluit, & ad apertum incidit; ut tussi promptius ejicia-
tur: uti sæpissimè observamus cum materia viscidior adsit, præser-
tim in glandulis palatinis, & faucibus; nos enim (ut dicam) se-
miscreatum sæpius reiteramus donec ipsa decidat, & foras expua-
tur: quæ post plures illos semiscreatus eo impetu interdum incidit,
ut laryngis rimam pertingat; tunc violenta tussis oritur, & tumul-
40 tuariè illa excernitur. Inde est quod varia sputi genera cum tussi ea-
dem siquidem hora notentur: modo materia subtilis; nunc visci-
dior, & una rectè distincta ab alia: uti in memet observo tussi feri-
na catarrhali correpto, cui hyeme sæpius sum obnoxius, dum ali-
quod mucosum, & veluti crassius ex imo faucium expuere conor,
sed incassum: ex nimia agitatione, & buccarum compressione flui-
dam materiam rivuli instar ex his cadere sentio, & non quiesco do-
41 nec mucosum illud (tussis radix) etsi parvum non extrudatur: quod
42 cum mei pæna speculor, & examino. Neque facilè ducendum sit,
quod tam lenta, viscida, multaque materia in Pleuriticis, & aliis
catarrhalibus morbis affectis è tracheæ glandulis, & laryngis quan-
doque educatur: quæ fistula tenuiori humore, & ferè oleaginoso,
43 ut diximus, oblinitur; & ejusdem glandulæ innumeræ, & minutis-
simæ sunt; adeo ut difficillimum reputetur, ut quoddam mucosum,
conglobatum, & veluti pars durioris gelu ex ipsis interdum expri-
44 matur: Quod è tonsillis præsertim emungitur, quæ sinuosa vasa ex-
cretoria habent, & nimis patentia; & ex aliis oris partibus: quæ si-
quidem materia si ab ipsa trachea educeretur, non nisi inexplebili
45 tussi, & summa hominis pæna expui deberet ob aeris cursum impedi-
tum: & quamvis per ipsam tracheam in Phthisicis pus quoque edu-
catur,

catur, tenendum est hoc fluidioris substantiæ esse, & magis lubri- 46
cum: & pus verum facilius excurrit secus, ac materia illa viscidior,
& fibrosa, quæ genuini visci instar incrustatur, & adhæret: idcircò
suffocationis periculum imminet cum abscessus quidam in pulmoni- 47
bus, aut etiam faucibus rumpatur, & Phthisici interdum inopinatò
pereunt, etiam simplici sputo, quod cum è tracheæ fistula quando-
que emergat, hæreat in via, & plenitudine ægrum obruat. Præter
quod cum sit ipsa trachea spiritalis fistula, & (ut sic dicam) spi- 48
rituosi entis 5.3 tenuissimi aeris ductus, & pneumaticum vas, non
sic facilè, & frequentissimè à nimia, lentaque mole conspurcari de-
beret; nonnisi ultima, & intima vasorum pneumonicorum læsione:
tracheam nempe summo studio, nixuque magno sagax natura ser- 49
vare solet, etiam à pauca, minimaque materia in eam allabente,
ex ipsa aquæ guttula. Cui itaque fistulæ haud rectè convenit nomen
à Willisio inditum; quod sit veluti cloaca ductuum, quorum re- 50
crementa quæque, aut superfluitates per ultimos, qua licet natu-
ræ nixus foras statim amandando derivantur. Hoc nomen ipsi ori 51
interno potius coaptetur, in quod recrementa totidem ex ampliori- 52
bus agris confluunt, & ex vasis è thoracis, & capitis regione, ex
arteriarum 5.3 carotidum, cervicalium, venarum jugularium ra-
mis amplioribus, & multis, & ex nervis; quæ colli isthmo in fasci- 53
culum ferè redacta, ibique humorum secretiones præcipuas com-
plent, eosque veluti in angusto exprimunt, & emungunt: in quod
etiam ipsius tracheæ liquor etsi minima parte quandoque extussitur.
Os itaque ferè generale emunctorium est, non solius capitis, sed 54
magnæ thoracis partis deciduos humores ad tot, tantosque usus de-
stinatos excipiens: idcirco per hoc excrementa quoque multa,
quibus dictæ superiores partes præcipuè repurgantur, ablegari debe-
rent, & non per tracheam, quam non nisi venarum, & arteriarum
tenuissimi ramuli, nervuli, glandulæque parvæ contexunt: quam
roridus, & unctuosus liquor ad siccitatem, & scabrositatem ex ae- 55
ris transitu inductam tollendam irrigat: & quæ tot repagulis ad vitæ
tutamen circumsepta est, haud perinde, ac os, quod è contra ma- 56
gis apertum manet veluti area, per quam cujuscumque generis hu-
mores excurrunt, & per quam exteriora ad interiora mittuntur, &
ex his quamplurima extra abjiciuntur.

Animadvertendum hic tamen est, quod, quamvis ex communi
Anatomicorum recentium, ac Medicorum consensu glandulas, ex
quibus ille tenuis, oleaginosus, ac unctuosus liquor ad tracheæ in-
teriorem partem oblinendam scatet, innumeras, & minutissimas
esse, ac tunicis asperæ arteriæ à parte posteriori, præcipuè adnatæ
glandulosæ inhærere habeatur: easdem in ipsius asperæ arteriæ parte,
qua in pulmonibus divaricari incipit, ac in jisdemmet exiguis bron-
chiorum ramusculis prope pulmonum ambitum æqua, eademque
proportione (& si visus aciem effugiant) adesse, ac insitas esse putan-

dum

dum ſit, ex quarum admodum perexiguis excretoriis ductibus veluti totidem poris liquorem ipſum tenuem, ac unctuoſum exprimi, eaſque majores, minores, ac minimas bronchiorum partitiones, & perexiles aeris ductus oblinire par eſſe ęſtimandum ſit; Nihilominus alias glandulas novas majores ſubcoeruleas Borrichius obſervaverit; duas majores aſperæ arteriæ adjacentes in ejus prima diviſione; duas minores vicinis bronchis cohærentes: Et magnum quoque glandularum numerum (præter thyroideas) in aſperæ arteriæ, & bronchiorum diviſionibus, alibi etiam illorum lateribus ſe reperiſſe fateatur Verheyen in Appendice ad Cap. VIII. Tract. III. de Fiſtula Pulmonali: eaſque maximè obſervari circa ramos majores; plures adhærere proximè dictis ramis; quaſdam ab illis notabiliter diſtare interpoſito aliquando majori arteriæ pulmonariæ ramulo, eaſdemque exactè numerari non poſſe aſſerat, quamvis ultra centum in uno, eodemque ſubjecto, in alio plures, in alio pauciores demonſtrare putet: quas magnitudine variare, maximas ſolere eſſe illas, quæ adjacent primæ aſperæ arteriæ diviſioni, ramiſque majoribus, mole nucem avellanam quandoque ſuperantes; & verſus ambitum pulmonum inſtar ciceris minimi ſenſim diminui annotet: & vix dubitet quin per haſce glandulas ſeparetur humor ille unctuoſus, quo oblinitur interna bronchiorum ſuperficies, ne ab aere ſicciori reddatur nimis arida, & aſpera. Et animadvertendum inſuper eſt, quod hæc Verheyen opinio, quamvis non firma, ac variis difficultatibus, & dubiis non paucis preſſa, præcipuè ex eo quod (vt ipſe Auctor fatetur) ductus excretorii harum glandularum ſibi non dum cogniti ſint, & ſi putet illos eſſe exiguos, & breves; & ex eo quod qualis ſit ille liquor earum, quorſumque tendat, non ita clarum ſit; hæc opinio igitur, quamvis ulteriori, ac majori dilucidatione poſteriori, ac feliciori ætate firmior, ipſique excretorii ductus ad eamdem bronchiorum ſuperficiem internam oſcillare paterent, noſtræ ſententiæ tamen haud refragari videatur. Quoniam in qualitate, ac indole liquoris illius unctuoſi, ac tenuis à nobis minimè diſcrepat, qui ſuperficie tantum interiores bronchiorum partes oblíniret, & non niſi per exiles excretorios ductus tranſudaret: & putarem quod ex una glandula licet maxima, ſeu potius ex quamplurium cumulo ſub una communi membranula collecto, ſuperficie interim æquali (unde ad glandulam conglobatam referretur) plures itidem, ac diſtracti excretorii ductus veluti tot fibræ concavæ exirent, & in totidem poris æquè, ac proportione diſtantibus in bronchiorum ſuperficiem internam hiarent, & unctuoſi liquoris exiliſſimas guttulas, ſeù potius parvas virgulas denſo ordine elicerent, quæ bronchiorum cavitates undique oblíniret. Et hæc exilium excretorum ductuum divaricatio, ac ſubtiliſſima diſtributio à ſagaciori Natura quoque intenderetur; quia in unum truncum majorem, ac faſciculum ipſos redactos ſporadicè, & non plenius bronchiorum ſuperficiei internæ apponeret; indeque liquor

non

non undique, & quocumque ſcateret; ac ineptè, & non facilè diſtribueretur. Ex quibus colligimus unctuoſum illum liquorem, ſive è minutiſſimis glandulis tunicarum tracheæ, ejuſque ramorum penitus ſcateat; ſive majori ex parte ex ipſis pneumo-bronchialibus glandulis etſi maximis, & multis ubertim, ſed diſtractè promanet, utpotè nobilioris ſubſtantiæ, unctuoſæ, ac tenuis in tot virgulas, minimaſque partes decidere, ac ſtillare; ut promptius, commodius, ac plenius bronchiorum ſuperficies interna omnimodè inungeretur; & ut minori, ac depreſſiori corporatura, & obice liberiorem aeri tranſitum præberet. Quæ ſiquidem materia cum morboſa fit, adeò craſſeſcere, & ſpiſſari non poterit, ut molem adeò tenacem, craſſam, glutinoſam, & multam, globoſque tantos, & (ut ſic dicam) pleuriticos bolos conſtituat; qualia ſæpius conſpicimus in Pleuritide, & ipſiſmet catarrhis præcipuè morbo ad concoctionem tendente: Quæ impoſſibile ducimus quod per tracheæ fiſtulam, & bronchiorum ramulos (quod mirabilius eſt) faciliori tuſſi, & minori thoracis motu quam ante concoctionem educerentur. Quod utique ſputum etiamſi ad quartam molis conſuetæ partem attenuaretur, & ex ipſa trachea promanaret, non niſi maxima hominis pœna, totiuſque tumultu, ac inexplebili tuſſi educeretur: quod uti viſcidius ſemper in via magis adhæret, & incruſtatur. Et hæc bronchiorum materia in Pleuriticis minima parte tracheale ſputum ponit; quæ ex glandulis ſuperioribus laryngis, ipſiſque thyroideis probabilius unà extuſſitur.

Hoc tracheale ſputum uti genuinum, ac ſanguinis, lymphæque circuitus ratione ex toto promanans, ſub forma interdum fluidi ſeri, 57
& aquei; viſcidi quandoque phlegmatis, & concocti in fine morbi 58
præcipuè; alias cinericii, vel flavi, aut æruginei coloris eſt, quod in Pleuritide varicoſa plerumque apparet: quale ſputum in catarrhi declinatione naſi, tonſillarum obſervamus, cùm concoctionem admittit; & porro ejuſdem coloris, & qualitatis in Pleuriticis, quales 59
in cruore phlebotomo præſertim è brachio educto in jiſdem proſpicimus; qui poſtquam refrixerit parum purpureus videtur, ſed veluti 60
pus diffuſum, & gelatina purulenta, & variegata, interdum æruginea, quandoque viridis, & plerumque alba, & pallida, & inſtar ſevi; uti in praxi paſſim occurrit. Qui utique pleuriticus cruor è ve- 61
na eductus, purulentus confusè dictus, re vera aliud non eſt, quam quid ſimile ei, quod Hippace ab Hippocrate dicitur, ſeu ſubſtantia 62
chylacea, & crudior (antiquitus pituitoſa) & ſanguinis portio fibroſa; vel quandoque unctuoſa, & pinguis ab eodem butyracea nuncupata inſtar gelatinæ ſupereminens: vel aliud non eſt, quam 63
craſſamenta, & recrementa ſanguinis ad corporis emunctoria amandanda, quæ in vaſis ſanguiferis promiſcuè excurrebant; quæ juxta acidum plus minus excellens, & figens, & ſales acutos, peregrinos, & ſcabroſos; vel juxta molem adauctam, & reſtrictam, ex

D qua

64 qua illud quoque exaltatur, colorem illum adipiſcuntur: & quæ materia juxta fermentationis gradum magis compacta, & juxta ſanguinis repurgationem per glandulas, & emunctoria debita præſer-
65 tim ad os tendentia decidit: quæ itidem ex ore cum tuſſi ejecta ea-
66 dem eſt, ac ea, quæ unà cum ſanguine è vena ſecta profluit, &
67 quæ ſaniem, & verum pus ſimilans vulgus, & medicos ipſos ſæpe, ſæpius decepit, & decipit; quamvis à genuino, & proprio pure, ſummoperè diſtinguatur, neque genuini puris requiſita habeat, & aliena via ſæpiſſime quam hac educatur, ut diximus. Quam materiam rectius exprimit Angliæ, & Orbis magnus practicus Thom:
68 Sydhenam proprio capite Pleuritidem autem (inquit) ejuſmodi * quam diximus præcipitationi ortum ſuum debere, evacuati per * venæ ſectionem cruoris color ſubindicare videtur. nimirum ſan- * guis (ſaltem ille, qui poſt primam vicem extrahitur) ubi refrixe- * rit, ſevi liquati præſefert ſpeciem ad craſſitiem ſatis conſpicuam, * & ſuperficiem habet veri puris æmulam, & tamen ab eo longè di- * verſam, utpote quæ fibris inſtar reliqui ſanguinis arctè contexitur, * nec ad modum puris diffluit, quin à reliquo divulſa diſcolor illa * pars, formam cuticulæ tenacis, & fibris refertæ exhibet: & for- * taſſe nihil aliud eſt, quam fibræ ſanguineæ, quæ rubicundo, ac *
69 naturali ſuo integumento per præcipitationem exutæ ambientis * aere frigore in membranam hujuſmodi ſubalbidam concrevere. * Et quamvis juxta Clariſs. Auctorem ambientis aeris frigore hæc cuticula, & cruor ipſe purulentus magis appareat; tamen verò ejuſ-
70 dem radix in ſanguine præerat, abundans, & fibroſa nimis, & chylacea ſalibus acutis, ſcabroſis, & acetoſis præcipuè imbuta,
71 quæ facilius figitur; quoniam in aliis ægrotis, & non Pleuriticis quamvis ſanguis frigore concreſcat; tamen cuticula illa deſcripta haud videtur; ipſeque purpureus etſi grumoſus, & omnimodè con-
72 cretus exiſtit: qui cruor purulentus, & ſubalbidus per parvum foramen phlebotomo factum (priuſquam aeris frigore præcipitetur, & obduretur) non trajicitur; ſicuti è contra à magno facilius admittitur; ut infra dicemus.

73 Et de hoc ſputo obiter notandum, quod ex ejus cognitione in tota Medicinæ praxi, certa, & firma non magis pendet ægrorum opportuna cura, quam Medicis glorioſa prædictio: Quamplurimi enim hoc catarrhali, & tracheali ſputo decepti funeſtam phthiſim autumantes enunciarunt cum multa artis ignominia, & injuria. Et quamvis Hippocrates ipſe hoc ſputum quandoque purulentum appellet, & putridum (uti fuſius infra notabitur in prognoſi) intelli-
74 git tamen hoc noſtrum tracheale genuinum pus ſimilans: quod pus falſum, & fucatum dicimus; uti in præcedenti textu adnotatur lib. de morb. ubi diſtinguitur putridum à ſuppurato; & ab hoc purulentum lib. 3. de morb. §. de Peripneumonia.

CAP.

CAP. VII.

Sputi pleuritici phænomena non pauca ſolvuntur.

CRuorem in Pleuritide, Peripneumonia, & Rheumatiſmo eam- 1
dem conſtitutionem, indolem, & craſim plerumque retinere
apud omnes ferè Practicos in confeſſo eſt: ipſaque experientia do-
cet. In his itaque morbis ſanguinis maſſa compage magis conſtri- 2
cta, & craſſiori donata, & ut ſic dicam ſalibus acutis, & acetoſis
præſertim exaltatis, & evectis ſimul incuneata, torrentis inſtar li-
mum, cretaceumque amalgama ſecum rapientis lenteſcit, & in-
quinatur. Quæ ſanguinis craſſamenta, ſeu ipſius potius chylacea 3
maſſa, & denſa haud hactenus attenuata, & ſubacta (uti deceret)
tenuia vaſa, & minora ferè ſubire reſpuit; quorum propè principia,
& aditus veluti aggere facto in majora vaſa, & ampla regurgitat,
in quibus veluti ſpatioſiori æquore undulat, aut obvoluitur: inde-
que hujus craſſioris materiæ vice ſanguineus latex, cruorque tenuior 4
per tenues, & anguſtiores illorum ductus ſubterlabitur, & excurrit.
* Unde ſenex lib. 4. de morb. acut. inquit. *Venulæ quum debiles, &* 5
* *tenues ſunt, alium humorem trahere non poſſunt, qui & gravior, &*
* *craſſior exiſtit: Trahunt autem, & de alio humore venæ in ſe ipſas*
* *amplæ, & inſtar pampini retortæ exiſtentes, ita ut ubi trahant, alius*
* *humor alium ſequatur.* Cujus nempè grumoſæ maſſæ, vel craſſæ ſi 6
pars quædam à vaſis majoribus, & amplis in minora, & promptiora
unà cum latice veheretur, & ultra haud progredi valeret ob eorum
anguſtiam, quæ ulteriori via occurrit; diſtenduntur vaſa ex ceſpi-
tante cruore, & ex nova unda premente; & varicoſa inflammatio
præcipuè naſcitur: quæ juxta regionem, cujus ductus, & tubuli ob- 7
ſtruuntur, nomen retinet: muſculis nempè externis, & prope ar-
tus affectis Rheumatiſmus dicitur; pneumonicis Peripneumonia;
ſi denique intercoſtalia vaſa per pleuram diſtributa afficiantur Pleu-
ritis nuncupabitur. Et ſic pleuritico tumori ex una cruoris viſcidio- 8
ri parte jam concreſcenti altera, quæ in majoribus vaſis circuit, ob
perennem, auctamque febrem additur, & adhæret; & propter
ambarum mutuam cohæſionem, & connaturalem commixtionem
ipſa inflammatio augeſcit, & ſupereminet: quemadmodum cruo- 9
rem è ſalvatella eductum, poſtquam brevi refrixerit, ſæpius obſer-
vamus; cujus materia craſſior, & fibroſa inſtar cujuſdam lineæ alu-
tæ longioris, & complicatæ paſſim laceræ fere tota alba unita appa-
ret, remanente aqua, in quam cruor depluerat, parum, & leviter
purpurea, veluti ſanguinis tinctura ſimplici, & nimis diluta. Quæ
igitur cruoris craſſamenti mutua, & ſucceſſiva connexio, ſi in pleu- 10
ra, & thorace adeò increverit, ut ſemper nova adaugeretur gluti-

nosa materia, & pars una cruoris ab altera omninò secerneretur,
serumque sanguineum difflueret, ac ab initio ad finem haud quid-
piam expueretur; aut seri subtilioris, aut sanguinei laticis pars ex
cerneretur (crassioribus enim ad tenuia, & capillaria vasa tracheæ,
ac oris non permeantibus) phlegmonoso tumore ad summum eve-
11 cto procul dubio suffocabitur æger. At si phlegmonosa moles nec
adeò magna, neque supremum attigerit gradum, signumque supe-
rabile haberet; crassamenta quoque neque admodum cohærentia,
& invincibilia forent; verum à majori, & valentiori (ex febri)
arteriarum, & vasorum omnium motu concuti, conquassari, di-
strahi, & intrudi non respuant; id est inter ea compacta, & con-
juncta jamjam sanguineus latex interfluere, eaque minuere valeat;
eorumque particulas, & moleculas elongando, ac sylvestres sales
pinguiori parte obtusos abradendo, sejungendo, ac præcipitando se-
13 cum rapiat (cujus quippè crassioris materiæ subactio, & intrusio,
salinæque obtusio, & inversio Medica concoctio est) omninò eve-
niet, quod tenuiores moleculæ, globulique sanguinis ovales colo-
rem intendant; crassiores verò particulæ effœtæ, ac salinæ, nec
amplius subigendæ, & crassamenta eodem latice per emunctoria
eliminanda vehantur, præsertim per tracheæ, ac oris glandulas sub
13 phlegmatis forma, veluti thoracis phlegmoni propinquiores, & ad
excipiendum ea, quæ ex ejus regione tramite minus obliquo, &
14 proximiori emandentur, promptiores: Et ex eo quod ad oris spe-
cum magis, quam in quamcumque aliam corporis cavitatem humo-
res incunctanter vehant, ac exonerent vasa longè plura, & fre-
quentiora; idcircò liberabitur æger. Ideòque hoc sputum magis
15 proficuum est; & hæc Pleuritidis crisis plenior, & eradicativa, &
quæ qualibet hora per epicrasim contingit: materia enim viscidior,
& crassa nimis oris emunctoriis præsertim tonsillis, palatinis, lin-
guæ radicalibus, infundibulo, aliisque adaptatur, ac per ea excer-
nibilis fit; pars verò alia tenuior, & salina qua data porta ruit: id-
16 circò per quascumque corporis partes crisis quoque habetur: crassa
etiam materia per intestinorum glandulas, renes, aliasque corporis
vias foras quandoque sortiatur. Quod apertè confirmat, Hippocra-
17 tes in Coat. *Quibuscumque autem* (inquit) *ex peripneumonia ab-* *
scessus circa aurem; aut ad infernas partes fiunt, & suppurantur, & *
fistulantur, hi superstites evadunt; fiunt autem his, quibus & febris, *
& dolor affuerit, & sputum pro ratione non prodierit, neque biliosæ *
alui egestiones, solutuque faciles, ac meraces fiunt, neque urina cras- *
sa valdè, & multam subsidentiam habens, & alia salutaria habuerit. *
18 Ex quibus adnotatur quod materia pleuritica, & peripneumonica
per sputum, alvum, urinas, aut alia salutaria, ac per phleboto-
miam excernatur: & si tota per recensitas vias haud educatur, per
19 abscessus quoque è toto decidua fiat: uti subjungit Hippocrates:
20 *Fiunt ad infernas quidem partes his, quibus circa præcordia inflam-* *
* *matio*

* *matio fit; ad supernas verò partes, quibus præcordium molle, & do-* 21
* *loris exors fuerit: & ubi per tempus aliquod difficulter spiraverit.* Iuxta vasorum propagines, & inflammationis situm, ut materia morbifica in proximiores partes sese immittat, & secernatur.

Hinc obiter notetur, quod principale sputum, quod Pleuriticis varicosis conducat, tracheale sit, veluti eradicativum; quo cruoris pars lenta, & crassior (Hippace dicta) primariò cespitans, & lædens evacuetur: quod cruentum fit ex sanguinis parte minori, & 22
aliunde promanante sibi mixta, & adjuncta. Vel quia cruor ob crassamentum quoddam deciduum, & repurgatum (præsertim morbo 23
ad judicationem tendente) sibi in aliquo capillari vase adjunctum interdum præterlabi vetitus, ibique immorando stagnat, & effœminatur, & à nova unda à tergo premente, & impellente vasculum distenditur, & aperitur; & sic semiater, & lividus excernitur ipse. Vel ex sanguine majori ex parte crassiori, & lentescente (præsertim 24
morbi vigore) in ramis minoribus circa fauces, in quibus veluti in isthmo proximius colliguntur ipsi, vasa eadem turgescunt, contiguasque partes premunt, & cogunt: eoque in exilibus jis vasculis magis effœminato, acriori evadente, ad irritandum quoque coadjuvante oritur tussis, & sic cum tracheali sputo cruor ille effœminatus unà expuitur. Aut denique à recrementoso, & crassiori sangui- 25
ne tracheæ, sed potius oris, ac faucium uno ramulo obstructo, purioris fluidi, coccineique undula in alterum resiliendo, hunc distendit, ac aperit, & ad oscillandum cogit: purpureique liquoris guttulas, seù potius sanguinis virgulas elicit (de quo infra) quæ cum tracheali materia longè majori, & crassiori unà expuuntur: ejecto simul interdum cruore illo stagnante, effœminato, & alterius ramo obstructivo. Nostram sententiam apertè roborat Hippocrates lib.
* de morb. propè finem, ubi ait. *Porrò subcruentum, & lividum est* 26
* *sputum in Pleuritide, & Peripneumonia*: ubi subjungit: *Lividum au-*
* *tem fit à sanguine si modicus ad multam salivam admixtus fuerit, &*
* *non statim spuatur, sed semiputrefactum, & effœminatum in corpo-*
* *ret manet.* Ex quibus verbis notatur quod aliud sit subcruentum, 27
& lividum 5.3 sanguinis tinctura rubicundior unita secus, ac cruoris effœminati color.

Ex his itidem colligatur, quod major pars, quæ cum sputo pleuritico concocto simul cum sanguine excernitur, glandularum oris præsertim, & tracheæ sit; & quod idem tracheale sputum, & si mi- 28
nima cruoris parte obvoluatur, fere totum cruentum quandoque appareat: intimius idem speculanti, & intuenti ejusdem miscela liquidò patet. Multoties cruorem haud rectè mixtum, & phlegmati 29
confusum, neque intrinsecè unitum apparere, sed veluti quid adjunctum, & superpositum, uti duæ materiæ diversi coloris, & separatæ substantiæ superficie tantum conjunctæ forent, in praxi observamus: quarum una ex oris, & tracheæ arteriolis, ab eorum glan-

dulis

30 dulis altera majori menſura excedens, apertè deciduæ ſunt. Quod ſi-
quidem ſputum pleuriticum variare ſolet: purum, viſcidum, & mul-
tum interdum exit cum nullo, aut pauco phlegmate, & ſubtiliori
alternatim mixto: interdum tenue, & lymphaticum cum tenuiori
31 ſanguinis ſtria: quandoque etiam æqua fere ſanguinis, & lymphæ
parte: interdum hac ſuperante ille paucior eſt: multoties album, &
craſſum cruoris ſtria tinctum expuitur, morbo præſertim ad judica-
tionem tendente. Quod denique ſputum pleuriticum itidem varia-
tur juxta acidorum, ſalinarumque partium, ac phlegmatis gradum,
conſiſtentiam, & colorem plus minus elicientem. Nec miremur
32 quod quandoque (ut ſic dicam) paucæ ſanguinis virgulæ phlegma-
ti oris multo aſſociatæ illud purpureo colore plenius ſuffundant,
perinde ac (ut frequentiſsima experientia docet) non multæ cruo-
ris guttulæ in aquæ uncias non paucas decidentes eam perlatè tin-
gunt; partes enim ſulphureæ ſanguinis, coccineique ejuſdem glo-
buli ovales mobilitate nimia laticis ſpatiis, ac poris adeo ſeſe coa-
ptant, ut radiorum debita reſilitio, ac vibratio fiat, ut illius vividi
coloris idea congruè percipiatur.

CAP. VIII.

De vaſis, per quæ præcipuè ſputum cruentum in Pleuriticis fiat.

OPus magis arduum nunc reliquum eſt, ut vaſa, per quæ præci-
puè ſputum cruentum in Pleuriticis fiat, indigitemus, provi-
dæque naturæ ordinem ſimul admiremur, ac phænomenon ſolva-
mus, quomodo incipiente morbo ſanguis purus, vividus, & pluri-
mus interdum excernatur; in Pleuritide præſertim propria, ſingu-
lari membrana coſtas ſuccingente tantum affecta?

Sanguinem igitur, qui coccineus, floridus, ac multus tam citò
interdum apparet (affecta pleura ea parte præſertim, quæ infra
1 quartam coſtam continetur) refluere exiſtimo per bronchialis arte-
riæ vias; cujus ramuli, ſicuti arteriæ coſtarum præcipuè inferiorum
ex eodemmet trunco propagantur; unde intercoſtalibus hiſce vaſis
ob inflammationis obicem in pleura (ea inferiori parte) è ſuo mune-
re quodammodo impeditis, ſanguinem juxta menſuram per has præ-
terlabi vetitum novæ, perennique undæ à tergo urgenti gradum præ-
pedire neceſſe erit: quam igitur à deſcendēti aortæ trunco promanan-
2 tem per proximiores, ac liberiores bronchialis arteriæ tubulos ple-
niori flumine excurrere opus quoque erit; indeque hujus ramulis per
3 bronchia, tracheam, & laryngem præcipuè diſtributis, repletis,
& tu-

& tumentibus, ac imparibus ad excipiendum sociis venulis factis;
præ tussi, & dolore oscillantibus quoque illis, guttatim in trache-
am, aut ejus caput effunditur sanguis; vel potius ex œsophago in 4
os, & fauces (ramum bronchialem per œsophagum notavit Bar-
thol.) Qui igitur sanguis paucissimo tracheali sputo admixtus (saliva
tenuis, & perpauca initio morbi scatet) sputum cruentum efficit. 5
Qui bronchialis sanguis plenitudine interdum ejicitur juxta tussis,
doloris, ac morbi vehementiæ gradum; tenuemque quasi hæmor-
rhagiam constituit: thoracis enim, ac tracheæ impetu floridus, vi-
vidusque sanguis quam citius eructatur: ob breve iter, & ferè per 6
saltum (nec in tubulorum ramulis, ut prius diximus, effœminatus,
ac stagnans) parum, aut nihil immutatus excernitur: ac floridus, 7
tenuiorque apparet ex eo, quod bronchialis sanguis ex sua indole
nobilior, & spirituosior adest, quam quicumque alius per pneumo-
nica vasa trajectus: & ex eo etiam, quod arteriolæ illæ tenues ni-
mis, & exiles existunt; per quas igitur similis liquor præ cæteris mi- 8
nus crassus, & subtilior juxta earum delicatulam capacitatem admit-
tendus facilius præterlabatur. Qui floridus sanguis symptomaticus
potius (ut sic dicam) quam criticus est, & mihi suspectus in praxi; 9
ex eo, quod cruor magis lentus, crassior, & magis effœminatus
expui deberet: nihilominus hujus floridi sanguinis excretio suo mo- 10
do etiam quandoque proficit, coadjuvat, & criticus fit; diminuta
enim materia, & cruoris mole, quæ intus remanet, ut minus re-
stricta magis expatiabitur, indeque natura minus oppressa summum
coagulum, ultimamque restrictionem effugiens morbum superare
incipiet; uti de Pisistrato ex Epidem: dicemus: cujus sanguinis 11
expuitionem post magnam tussim, nimiamque morbi vehementiam
initio morbi oriri notamus aliter, ac cruori crassiori, & magis ef-
fœminato contingat, qui ægri minori vexatione educitur, & ma- 12
jori quiete sortitur. Ex dolore sanguinem hujusmodi exprimi ipse-
* met Helm. cognovit, qui Tract. Pleur. Fur. ait: In Pleuritide 13
* autem pro una parte cruentum sputum, non coagulatur (quia non
* dum acidum) veluti ad solamen doloris missum accurrens: nec il- 14
* le, nec tale sputum est causa occasionalis morbi illius: pro altera
* autem parte cruor intra pleuram, & costas sistitur acidus, gru-
* mescit, apostematur; idcirco pus fit: Quamvis Helmontius alia
via ut superius diximus per thoracem sanguinem hunc educi existi-
maverit.

Animaduertendum verò, quod etiam morbi initio sanguis hic
purpureus, & purior ex arteriarum carotidum ramulis ad ora ten- 15
dentibus plerumque ejiciatur ex vi, & vehementia tussis absque eo,
quod per asperam arteriam trajiciatur, præsertim in subjecto juve-
nili, floridiori tempore veris, & æstivo; cujus sanguis ex eadem-
met febri ferè spumosus fiat: verum quò spumosior, & floridior ap- 16
pareat, & non nisi cum tussi ferina educatur, tunc de bronchiali

faci-

facilius dubitandum, de laryngis ramo, & œsophagi; quia per vomitum sanguis spumosus quoque educitur (ut ex Hippocrate infra dicemus) & etiam ex partibus infra septum transversum, ac ab ipso
17 hepate; uti in Coac. prænot. *Quicumque sanguinem spumosum expuunt dextrum præcordium dolentes de hepate spuunt, & multi pereunt.* *
Quæramus igitur à via directa Pulmonum quantum possimus declinare; quamvis per eam quoque fieri haud negemus etiam illis phthisis periculo liberis.

Sententiæ nostræ apertissimè arridet incomparabilis vir Priscorum, & Recentiorum clarissima fax Daniel Sennertus Cap. de *
Pleurit. Quæst.3. Et præcipuè verò (inquit) non est consentaneum *
sanguinem, qui in principio Pleuritidis purus planè rejicitur, per *
pleuram transudasse in cavitatem thoracis, & à pulmonibus im- *
bibitum; nullam tamen in jis alterationem accepisse: sed verò *
18 magis consentaneum est è vasis, quæ asperæ arteriæ nutrimen- *
tum advehunt, quoque partes illas, quæ in parte superiori pul- *
mones lateri adnectunt, nutriunt, hiantibus ob copiam sangui- *
nis in pleuram vicinam ruentis effundi: hæc ille.

At quod mirabilius est; sennerto ante tot sæcula prius, & clarius
19 loquutus est Erasistratus, qui Ruisch. gloriam ferè penitus obumbrat: ut habetur ex eodemmet Galen.5. de loc. affect. Qui itaque præstantissimus vir, Aristotelis ex Matre nepos, Seleuci Syriarum Regis Archiater non modò modum, quo excernatur sanguis, & pus in pectoris inflammationibus, & in Pleuritide docet, nostræ opinioni apertè arridere quoque videtur: verùm insuper arteriam ipsam bronchialem procul dubio non ignoravit, & sub concavæ ar-
20 teriæ nomine eam descripsit. Gal. 16. sic ait. Atque videmus *
etiam conglutinatis cruentis vulneribus penetrantibus in sputo *
notas quasdam fluentis ex vulnere cruoris ad spatium, quod in- *
ter pulmonem, & thoracem: præterea suppurati in hoc ipso spa- *
tio pus continere, & ipsum expuere haud obscurè videntur: atquè *
rationi consentaneum est vt eodem modo tum cruor, tum pus ex *
thorace expuatur: quorum viam inquirens Erasistratus incredibi- *
lia quædam scripsit in eo libro, cui titulus de sanguinis eductio- *
ne est sub hac verborum serie: *Via autem, per quam incedunt ea,* *
quæ ab jis sedibus rejiciuntur, hujusmodi est. ab ea arteria, quæ spinæ *
adjacet, vasa quædam ad utrumque latus tam dextrum, quam sini- *
strum similiter procedunt, deinde in loca vicina multiplici divisione *
dispersa, tandem adeò evadunt exigua, ut sensum lateant; cum ita- *
21 *que sanguis in hujusmodi arterias inciderit, nonnunquam per conca-* *
vam arteriam ad loca, quæ circa pulmones sunt, atque ad eos nexus, *
per quos pulmo apud spinam arteriæ conjungitur ascendit: quippe ea, *
quæ huc inciderint hac via ad pulmonem ascendere solent; verum quo- *
modo ex pulmone deinde rejiciatur antea dictum est.

Quæ omnia Erasistrati dicta cum Ruisch., Barthol., & Willis, alio-

aliorumque verbis copulata pari, æquoque paſſu vadunt: Quem
Eraſiſtrati textum per paraphraſes explicare haud pigebit, ut tyro-
nibus facilius adhæreat, & ut objectiones, quas innumeras quam-
* vis futiles Gal. 16. affert, ex prima lectione ſolvantur. *Ea arteria,* 22
* *quæ ſpinæ adjacet* eſt arteria magna, à qua arteriæ intercoſtales
dextræ, & ſiniſtræ oriuntur (ut ipſe Gal. affirmat) præſertim ejuſ-
dem truncus eſt deſcendens retrorſum reflexus, & tracheæ incum-
bens (uti ex ichone Ruiſch videre eſt) ex quo arteriæ intercoſtales
inferiores præcipuè oriuntur. *Quum itaque ſauguis in hujuſmodi arte-
rias inciderit* (5.3 intercoſtales) *non nunquam per concavam arteriam*
5.3 bronchialem) *ad loca, quæ circa pulmonem ſunt.* Quæ loca bron- 23
chia, eorumque rami ſunt, quibus pulmones adhærent, & qui circa
eorum ſubſtantiam diſtribuuntur; ita quoque œſophagus compre-
hendi poterit, cui & bronchialis ramulus ex Barth. communicatur;
uti ex ſequentibus verbis confirmatur: *atque ad eos nexus.* v. 3. an-
nulos aſperæ arteriæ, qui innumeri ſiquidem nexus ſunt, per quos 24
* pulmo apud ſpinam *arteriæ* 5.3 aſperæ conjungitur. Arteria jux-
ta Priſcos (uti Anatomici notant) aſpera arteria eſt, eo quod aerem 25
contineat, cui pulmones conjunguntur per ipſos nexus, & annulos:
Et juxta antiquam partitionem pulmones in tres partes dividuntur. 26
5.3 pulmones propriè, qui juxta Malpighium ſunt ſubſtantia veſi-
cularis; bronchia; & laryngem, ſeu aſperæ arteriæ caput: unde pul-
mones proprii quamvis reipſa fiſtula ſint, magis expanſa, dilatata,
& intertexta; ſeu ipſa fiſtula in ipſam pulmonum ſubſtantiam ex-
pandatur, & diſperdatur; attamen quid diſtinctum apparet, & pul-
mones dicuntur à fiſtula alii, & differentes.

Ex quibus clareſcit per quam viam, ac ductum ex intercoſtalibus 27
arteriis ad pulmones ſanguis aſcendat: hinc ſignificantur plexus, quos
Galenus magis perſpicuos ab Eraſiſtrato petebat: hinc explicatur, &
quarè (ut ait Galen.) non dixerit Eraſiſtratus pulmonem potius, 28
* quam *loca circa pulmones.* Quem Galenus ſiniſtrè corripuit, haud
* invitum ſermonis obſcuritatem affectaſſe: & eum voluiſſe obſcuris 29
* uti ſermonibus, ut aliquid dixiſſe videretur, quum nihil diceret.
Nam ſi Eraſiſtratus vixiſſet, eum clarius, quam docere non debuit,
ſiquidem docuiſſet. Inſignis ille vir Anatomicus procul dubio ma- 30
gnus, ac Medicus, & prudens fuit; uti de modo cum Seleucio ha-
bito, ut Antiocho filio, & amanti Stratonicam uxorem à genitore,
genitoque nimium amatam, & pulcherrimam cederet, ſatis con-
ſtat. Eraſiſtratus veluti magiſter compendioſè ſcripſit abſque dictio- 31
num ambagibus, quas ego ut clarior fierem, & ut tyronibus ſcribe-
rem; ac in hoc ævo, in quo opinio iſta penitus reticebatur, adhi-
bere exiſtimo. Quæ Eraſiſtrati opinio veluti Hippocratica ejuſdem
tempore forſan trita erat, à Galeno deinde concuſſa quamvis ægrè,
ac per tot ſæcula inpoſterum à Medicis recepta. Quam opinionem,
arteriamque deſcriptam optimè, clariſſimèque docuit Eraſiſtrati 32

E ſecta:

secta: nec ipse Galenus capere videretur; ut idem ibidem refert: Ete- *
nim si vel per membranas, vel per fibrosa quædam corpora fiant, ad *
sanguinis magna contenti arteria in pulmones delationem nil con- *
ferunt: quippe necesse est ex arteria oriri vasa quædam, per quæ *
sanguis in pulmones trasferatur, quemadmodum Erasistrati se- *
cta hoc ipsum per arteriam pulmoni substratam fieri autumat: *
hujus enim arteriæ extremæ partes, & quidem exiguæ ad aspe- *
ram arteriam transire videntur: atqui ipsa quoque (5.3 concava) *
ex magna arteria antea quam ad spinam perveniat initium sumit. *
Quam arteriam concavam, seù bronchialem ipse quoque Gal: lib.
33 de dissect. ven., & arter. cap. 9. in prima Class. tetigit; at non in-
timius perquisivit, cum inquit. Altera verò pars arteriæ, quæ à *
corde se promit, quæ major est, ad spinam deflectitur, quintam *
thoracis vertebram ascendens, & inde per totam jam spinam us- *
que ad latum os descendit. primo propaginem quamdam tenuem *
emittens, quæ in eas dividitur thoracis partes, quibus pulmones *
adjacent: extrema autem ipsius ad arteriam usque ascendunt, de- *
inde per singulas vertebras rami tum in spatia intercostalia, tum *
34 ad spinalem medullam exoriuntur: Quæ utiqne propago ante in- *
tercostales oborta, & tenuis, arteria bronchialis, sive concava à
nobis quæsita fere est, quæ iu thoracis partes, quibus pulmones ad-
jacent, 5.3 bronchia, dividitur. Unde si Galenus ulterius cogitas-
set (uti Ruischius) clarissima scripsisset, & in Erasistratum non adeò
inveheretur: quippe qui garrulitate, & dicacitate nimia (uti nostri
ævi Medicorum quorumdam mos est) doctissimum virum, & Ana-
35 tomicum præstantissimum obruere forsan non sategisset. Quæ in con-
temptum Galeni (absit) equidem non dico: tanti enim viri famam
summoperè excolo, & veneror: & cum opus est auctoritati ejus
procul dubio innitor, & quam recitare non erubesco, nec dedignor;
(uti quidam nostri Recentiores delicatuli nimis, & superstitiosi pror-
sus abhorrent) verum ut innotescat, quod adhuc Medicinæ Princi-
pes quandoque errent, & non pauca ignorent: & quod dicteria, ac
36 contumeliosa verba in ore Medicorum maximè sordeant: quæ totius
Medicinæ laudem, non quorumdam tantum gloriam ex ignaro vulgo
conspurcant. Et si Erasistratus errasset, de eo Galenus suavius loqui
debuisset. Homines sumus, non Dii: nostrum est errare. Corrigat
alterius dicta, sed humanitate doctior. Et hinc haud miremur quos-
dam Recentiores exemplo forsan Galeni, ejusdemmet scripta miserè
lacerasse, ejusque sectatores titulis prorsus contumeliosis indigitasse:
quos equidem contemnentes semper improbo.
37 Hanc Erasistrati sententiam, uti Hippocraticam post meam (te-
storque Deum immortalem) jam jam exaratam magna cum lætitia
reperi; cum Galeni opinionem rursus, ac intimius enucleare vellem
de sanguinis, & puris via in morbis pectoris: quam veluti auream,
pretiosissimamque gemmam per tot sæcula in quibusdam terreis Ga-

leni dictionibus sepultam, etsi ab ipso detectam, & non cognitam, ac veluti impurum vitrum rejectam summo gaudio effodi; & expolitam, ac dilucidatam meæ fronti ligavi; ut quibuscumque tyronibus, & Medicinæ quoque proceribus vetustissimæ, erroneæque opinioni addictis fulgentissimi sideris instar omnino coruscaret. Et de his hæc dicta sufficiant: ac prioris ordinis filum iterum suscipiamus.

Eodem prorsus modo pleura inflammata supra quartam costam in ea ditione, qua arteriæ intercostales superiores distribuuntur, nempe ea parte, quæ claviculam, omoplatas respicit; si pars sanguinis ex aortæ trunco minori ascendenti salientis in subclavias diffundatur, ex quibus per superiores intercostales recircuit, & ex his ad intercostales venas superiores ei impedito refluxu, insequenti undæ transitum non præbebit; & è scatebra novus exantlatus cruor per omnes hasce vias ex inflammationis obice turgidas, & repletiores parum fluet; per alias minus repletas, & magis expeditas, ac proximiores pleniori gurgite excurret, nempè in subclaviam dextram, & altiorem; ex qua arteriæ carotides sursum ad caput propagantur, quæ ubi ad fauces venerint, priusquam Cranium ingrediantur, laryngi, linguæ, ac faucibus ramulos impertiuntur: unde his quoque magis turgentibus, & præ tussi eorumdem venulis excipientibus magis angustatis, eodemque modo (quo superius diximus) reseratis arteriis, & oscillantibus effluit cruor; qui itidem cum lympha, ac sputo tracheali mixtus sputum cruentum, ac pleuriticum constituet. 38

Sanguinis plenitudo carotidum ramos per faciem, & nasum diffusos adeò interdum replet, ac distendit, ut impares jugulares venæ ad excipiendum reddantur; ut à nova unda nimis agitata, tussique coacta eos aperiat, & reseret; ut nasi hæmorrhagia notabilis sæpè eveniat; 39
ex qua plerumque liberantur Pleuritici ægroti: quæ hæmorrhagia ex eadem cruoris lentescente natura quoque contingit: stagnante enim eo propè faciei arterias, & quodammodo ex effœminato sanguine repagulis factis, fluidiori, ac liberiori sanguineæ massæ per ea præcluso cursu, ipsæ oscillare coguntur, & sanguinis fluxum efficiunt.

Ratione, modoque jisdem in Pleuriticis per notiores vias cruoris vomitus interdum evenit: inflammata nempè pleuræ superiori parte, 40
sanguis à ramulis intercostalium arteriarum superiorum per œsophagum dispersis turgentibus, ac impeditis jis per pleuram distributis immediatè vomitur; vel à carotidibus internis mediatè: aut pleura inferiori inflammata sanguis proximius quoque eructatur ab jisdem inferioribus intercostalibus; vel à ramulis bronchialis arteriæ per œsophagum quoque productis: quandoque hac inferiori pleura affecta, ob inferiores intercostales ex phlegmone repletiores, per eorumdem truncum arteriæ 5.3. descendentis, ex quo illæ, ac arteriæ Ruischii propagantur, in arteriam cœliacam (cujus rami in ventriculi fundo, ac lateribus ejus substituuntur) sanguis plenius excurrit, & in hujus cavitatem perfunditur cruor; indeque peristaltico motu rejicitur. Ita

41 pariter in peripneumonia sanguinis vomitus evenit: unde Hippocrates lib. coac. prænot. inquit. *Qui spumosum sanguinem vomunt dolore infra septum transversum non existente de pulmone vomunt.* * *

Rectè quoque notandum in utraque pleuræ parte inflammata tam superiori, quam inferiori sanguinis sputum, vomitum, hæmorrhagias ex quacumque parte subortas per promptiora, ac faciliora vasa naturam moliri, quamvis plerumque, & ex consueto in Pleuritide
42 per carotidum ramos os internum perrepentes; non semper ordinem servando (uti de Peripneumonia etiam dicimus) quæcumque vasa cuilibet affectæ parti proximiora exonerando; verum multoties eum pervertendo, ac confundendo, per vias unius, alterius cruorem
43 emittere, ac per vasa superiori pleuræ magis congrua, & descripta, inferioris inflammatæ sanguinem excernere solet, & è contra. Qui
44 sanguinis exitus in Pleuriticis variare solet ratione systematis solidi, & fibrosi, plus minus validi; ut in una parte potius, quam alia aperiatur; & hac potius, quam illa humorum, tussis, ac doloris impetum superante; & ex eodemmet cruoris gurgite in uno magis, quam altero loco crescente; vel ejusdem flumine in hoc potius, quam illo ex quacumque causa cespitante. Quæ minutissimæ cognitiones, ac exactissimæ notitiæ Naturæ tantum, ipsique Deo, non nobis cæcutientibus siquidem patent.

45 In Pleuriticis sanguis ad superiora plerumque regurgitat; quia utplurimum Pleuritides propè, & sub mammis fiunt à thoracis finibus haud multum distantes, & vasa descendentis aortæ sæpissimè inserciuntur: unde ad superiores partes potius, quam ad inferiores refluere cogetur cruor; quia ambo maximarum arteriarum trunci, qui è corde propagantur, & totius sanguinei fluminis scatebra supra partem affectam constituuntur; idcircò repagulis in inferioribus positis
46 ad superiora vertitur amnis. Unde in Pleuriticis faciei intumescentia sæpissimè apparet: qui utique cruor prope os, ac collum magis collectus, & restrictus facilius effœminatur, ac livescit, quam in cæteris, partibus, vasa & propinquiores partes irritat; indeque tussis emergit, & cespitans cruor à carotidum ramis circa ora dispersis præsertim exprimitur; non aliter, ac de sputo tracheali diximus, in
47 colli isthmo fieri contigit. Dicimus tandem sanguinem ad superiora regurgitare, ac resilire, non quia re vera ipse à minoribus arteriarum ramis ad earumdem majora redeat (ob valvularum enim obices impossibile foret) sed quia sanguis è fonte, ac principio emanans ex partium inferiorum obstructione ad superiora, ac magis libera vergere, & suo flumine, ac gurgite pleniori excurrere cogatur.

Ex his facilè patet: sicuti natura in Pleuriticis sese exonerare, ac morbum alleviare consuevit, sanguinem per vomitum, nares, hæmoroides, menstruasque purgationes excernendo; eodem prorsus modo, ac ratione eadem ipsum quoque hæmoptoicum sputum intendit; ut hac via pleuriticus morbus plerumque profligetur: adeò ut
48 hoc

hoc cruentum ſputum fit veluti hæmorrhagia parva, & diſtracta per 49
ſanguinis guttas, unam ab altera intercapedine majori ejectam: cum
hæmorrhagia rigorosè dicta ſit guttarum ſanguinis concatenata ſuc- 50
ceſſio unam altera immediatè inſequente: quam diſſitam, diminutam- 51
que hæmorrhagiam per os factam ratione vaſorum contiguitatis, ac
patentioris viæ, quæ thoracem reſpiciunt, & ratione tuſſis, ac do-
loris, in morbis pectoris phlegmonoſis præ aliis natura molitur, &
efficit: quemadmodum ex variis tumoribus in pluribus locis enatis
variæ quoque hæmorrhagiæ ſortiuntur; ex hepatis, vel lienis ſcyr-
rho ex altera narium parte directa ſanguis effluit: ex ejudem jecoris
vitio juxta Hippocratem hæmoptyſis: uti ſuperius diximus in Coac.
* *Quicumque ſanguinem ſpumoſum expuunt, dextrum præcordium dolen-* 52
tes de hepate ſpuunt, & multi pereunt. Ex meſenterii tumore hæmor-
rhoides, vel diarrhœa cruenta; ex pulmonum tuberculis repetitæ
hæmoptyſes eveniunt: & ſicuti cæterarum partium extra thoracem 53
exiſtentium inflammationes, notabiles hæmorrhagias, ac hæmo-
ptyſes efficere conſueverunt; ita pariter facilius, ac ſæpius thoraci-
ci phlegmonoſi tumores ſanguinis ſputum prorſus pariunt: haud
enim affectis dumtaxat pulmonibus hæmoptyſis accidit: & innumeræ
extant obſervationes: præ cæteris unicam Guil. Ballon. lib. p. epid. 54
& eph. p. 62. referre non pigebit, quæ ſummoperè notabilis eſt. An-
* dreæ Baileo Conſulis Regii filio annorum viginti magna ſanguinis
* per os rejectio: valdè de pulmonibus metuitur: omni arte pulmoni-
* bus ſtudetur: fortè fortuna dum hypochondria manu blandè contin-
* guntur, pulſus percipitur, ac veluti Palpitatio: nec non ab hypo-
* chondriis decurrentis ſanguinis, ac partes ſuperiores affectantis
* curſus percipiebatur, ac ſi manu ſanguis educeretur: prout partes
* ſuperiores petebat, horror quidam excitabatur, ac cum confer-
* tim rejiciebatur è pulmonibus. talis rejectio erat hæmorrhagiæ lo-
* co, quæ iuvenibus erat familiaris. relictis tum præſidiis, quæ pul-
* moni dicabant, converſum eſt ab hypochondria ſtudium: expur-
* gata innumera colluvie prærepta eſt ei rejectioni ſanguinis occaſio:
* quod notandum valde eſt. hæc ille
Ex hac celebri hiſtoria ſummoperè animadvertendum eſt, hæmo-
ptoicos quamplurimos ex pulmonum labe putatos (quamvis hi inſon- 55
tes fuerint) remotiori regione, abdomine præcipuè fuiſſe affectos:
quorum caſus artem mihi facienti paſſim occurrunt: quos cervicoſis
Medicis ſæpius enunciavi, & apud eos fidem non inveni. Ex quo in
dies accidit quod huic ſententiæ, ac veritati non credentes tumultua-
riam curam ægris maximè perniciosam aggrediuntur, ac confuſam
morbi Ætiologiam, & paſſim ceſpitantem efformant. Hæc dum
ſcriberem occurrit Melphicti nova hiſtoria. Ioſep Marella viginti 56
quinque ferè annos natus altæ ſtaturæ, ac gracilis corporis (cujus fra-
ter ejuſdem habitus prioribus annis phthiſicus periit) ſex ab hinc
menſibus ſanguinis ſputum habuit ex tuſſi cum quodam pectoris
dolo-

dolore: at ego, qui semper suspicio, utrum pulmones sint primariò affecti, rem rectius examinando in mesenterio, ac prope jecoris regionem tumorem duriusculum, & quasi scyrrhosum pressu tetigi: ad quem curandum medicamenta non pauca propinavi; & sic melius se habuit: hoc novembri verò ann. 1710. facta est ei veluti febris erratica, & potius tertianæ natura referens; duas noctes continuas præcedente prius dolore in mesenterio (ac præcipuè ubi tumor est) ad pectus se extendente quatuor, vel quinque sanguinis uncias extussivit, non adeò floridi, sed semipallidi, multaque saliva permixti: quem morbum incurabilem duco, hecticumque moriturum affore ægrotum.

CAP. IX.

Refelluntur quædam objectiones contra sputum nostrum hæmoptoicum.

NEc objiciendum foret, si cruentum sputum in Pleuriticis hæmopotoicum esset, Pleuritici magna ex parte phthisici fierent; hæmoptysis enim ex communi Medicorum, ac vulgi consensu horrenda est, & quamplurimi ex ea pereunt. Experientia oppositum sæpissimè docet: innumeraque hæmoptoicorum exempla manent, qui
1 arte, vel natura sanati fuerunt absque ulla phthisis labe: uti Plin.
lib. 11. de histor. anim. Cap.38. Profluvium sanguinis (inquit) *
uni fit in naribus homini, aliis nare altera, aliis utraque: quibus- *
dam per inferna, multis per ora stato tempore; ut nuper Macrino *
2 Visco viro prætorio, & omnibus annis Volusio Saturnino Vrbis *
præfecto, qui nonagesimum etiam excesserit annum. Fœminarum *
3 præsertim innumeri mihi sunt casus, quæ menstruationis vice sanguinis sputum habent: quarum quoque aliæ ad senectutem ultimam tendunt. Haud omnis hæmoptysis, & ex quacumque causa oborta
4 phthisim inducit; sed præsertim ea, quæ in pulmonibus tubercula sequitur; ex quibus tandem suppuratis fit insanabile ulcus, ac pus
5 genuinum, emarcidumque gignitur; vel ex vomica in pulmonibus
6 enata, ex qua cum pure sanguinis sputum coexit: vel tandem ex ea hæmoptysi, ex qua cruoris pars sputo è pulmonibus foras ejicitur; pars altera in interiorem eorum substantiam, ac specum extravasetur, nec extra corpus remeabilis sit: sanguine quo evenato, ac suppurato, seù ichoroso effecto pulmonibus ulcus excavatur; indeque phthisis. Pleræque hæmoptyses pulmonum vasis etiam illæsis, & ex
7 aliis viis potius, quam per eos contingunt; pari modo haud è quocumque hæmoptoico, seù cruento sputo Pleuriticis facto phthisis insequitur: quoniam sanguis, qui in his excernitur, à vasis extra pul-

mo-

monum regionem vehentibus, ac ex ore plerumque expuitur: etsi quandoque à tracheali fistula educatur; hæc ad comprimendum adeò coaptatur, ne gutta quædam ad interiora depluat; & quamvis cruoris virgula decidua sit, à præterlabente aere passim abraditur: & licet quandoque in majori quantitate floridus eructetur sanguis, utplurimum quoque nescit inducere phthisim; quoniam valida, & sollicita Natura superioribus tracheæ vasis bronchialibus apertis, ac laryngis carotide, sanguinem peristaltico motu hujus fistulæ exacto penitus foras ad superiora eliminabit, ne guttulæ aditus ad inferiora pateret. 8

At ut diximus in ipsa Peripneumonia rarò sanguis ab ipsis pulmonum vasis propriis, pneumonicis dictis immediatè exit, sed ex bronchialis arteriæ ramulis superioribus laryngem, & œsophagum perrepentibus; à vasis etiam carotidum remotioribus plerumque, ac frequentius emanat, & ex jisdem vasis, quibus Pleuritis ipsa repurgatur: cruor enim una ejus parte ab altera successivè impulsa, qua data porta etsi remotissima per os ejicitur: at si quandoque cruoris haud minima pars in pulmonum vesiculas, ac specum decideret, ex quibus exprimi nequiret; aut ipsa pneumonica vasa aperirentur, aut rumperentur, ut cruor multus diffflueret, ibique suppuraretur; ulcus pulmonum, indeque phthisis, procul dubio nasceretur, quam à Pleuritide ipsa interdum experimur. 9 10 11

Phthisim à Pleuritide interdum evenire duco; cum cruor licet per sputum ejiciatur modo nostro descripto, nec in fistulosam tracheæ cavitatem caderet (cui providam summoperè agnosco Naturam, quamvis interdum non improbabile sit; uti de simonis uxore. ægr. 11. ex 7. epid. dicemus) verumtamen ex abscessu in latere parto ex reliquo sanguine per tracheæ vasa haud educibili, illoque rupto Pleuriticos Empyicos, indeque Phthisicos fieri continget. Et notandum quod si aliquandò Pleuritici prius Empyici non observentur, sed Phthisici; eos haud pleura tantum, sed pulmonibus quoque affectos fuisse, & Pleuro-pneumonia præsertim laborasse fatemur: ubi licet absque pleuræ suppuratione ejusdem inflammatio discussa fuerit, pulmonum verò suppurata; tunc phthisici equidem prius forent, quamvis deinde Empyici quandoque evaderent. 12 13


Tandem ad enervandam objectionem de sputo hæmoptoico in Pleuriticis fatemur; quemadmodum juxta veterem, prioremque sententiam de sanguinis sputo è pleura manante, per cavitatem thoracis cruorem à pulmonibus imbibitum utplurimum jis non læsis totum foras excerni haberetur; ita pari modo (imo rationi magis consonum est) sanguinem è tracheæ vasis extillantem intactis illis penitus educi: quoniam quò diutius extra sua vasa immoratur cruor, eò magis ex Hippocrate suppuratur, & ichorem concipit: ideòque juxta priscam opinionem potius, ac sæpius emarcesceret; quia in ea per anfractuosam, ac inextricabilem viam longius iter haberet: juxta nostram verò sententiam plusquam medium illud restringit, 14

bre-

breviſſimumque conficit: viæque recto tramite patet, ac promptiores exiſtunt, & pulmones ipſi, eademque trachea utplurimum eximitur. Quæ omnia igitur enucleantem diſcuſſo omni mentis præjudicio probare haud equidem pigebit: Ætiologia hæc facillima eſt, & mentem non adeò torquet, ac perturbat.

Sputum hoc hæmoptoicum, ſeù cruentum in Pleuriticis revulſorio
15 modo veluti regurgitando ſæpè confert, faciliuſque curatur: ex inflammatione enim varicoſa cruor ex ſua indole lentus, & in vaſis minoribus facilius immorans, ibique à nova unda ſemper à tergo premente magis adaugetur, eorumque parietes diſtendit, ac varices efficit; quæ itidem vaſa præ ſanguinis torpore ſummoperè diſtenta, ipſorummet fibris diductis, ac à ſanguine compreſſis veluti ſemiparaliticis infra varices effectis, ſupra eaſdem præ robore magis convulſis (ſupra varices enim ob obicem ſpiritibus congeminatis, ac tumultuantibus fibræ magis convelluntur, tonicoque motu firmius contractæ manebunt) majori difficultate pertinacem humorem ad excipientia vaſa transfundunt: quemadmodum veſica urinaria mucoſa, nimiaque urina onuſta ad ſeſe exonerandam impotens redditur: unde ſanguinis miſſione arte, vel natura effecta; uti hæmoptyſi, ac ſan-
16 guinis ſputo habita fluidorum, & cruoris maſſa per oppoſitum ferè ab affecta pleura ex parte depletur; indeque pleuram minus conculcabit ſanguinis flumen; vaſorumque parietes, eorumque fibrillæ non uti prius comprimentur, & ſic ſpirituum radius ad minima, & ultra haud intercipietur; ſanguinis enim qualibet evacuatione non
17 modò ſpiritus vitales, ſed animales quoque extra machinam difflantur in auram; uti ſuccus nerveus unà elicitur; unde ſpirituum interiorum agmen diminutum, ac quodammodo infrictum invaſiones non adeò fortes, & tenſivas; at laxiores inſultus patrabit: ex qui-
18 bus reſtituto poſtremis arteriolarum vaſis vibrationis influxu, ſuperiorum robore magis depreſſo, ac denique cruoris maſſa magis defervente omnia ad ordinem redigentur, & natura abſque ruinæ periculo imminentis abſceſſus veri baſim explanabit: unde Hippocraticum illud de varicum in venis pectoris cura. *ſi verò curentur incipiente* *
morbo (5.3. ſanguinis miſſione) *rurſus in loco venæ* (varicoſæ) *conſi-* *
dunt ad latus, humileſque fiunt. *

Animaduertendum denique, ac obiter notandum proficuum eſſe
19 hoc ſputum pleuriticum ad morbum eradicandum abſque phthiſis, aut empyematis metu, & facilem eſſe ut diximus; cum hactenus pleura inflammata ſit inflammatione tantum varicoſa, non corruptiva: quæ de pulmonibus quoque dico.



JOANNIS BAPTISTÆ VERNA

Lancianensis Phil:, ac Medic: Doctoris,

E T

Vigiliensis Physici Primarii PRINCEPS

Morborum Acutorum PLEURITIS.

PARS SECUNDA

De Pleuritidis Causis.

CAP. I.

De Causa proxima Pleuritidis.

PLeuritidis propriæ causa proxima, seù continens est interceptio, remora, seù stagnatio sanguinis in vasis pleuræ, vel ejus interstitiis. Postremæ hæ dictiones nempè in vasis pleuræ, pro inflammatione varicosa; vel ejus interstitiis, pro ultima, ac corruptiva (extravenato cruore) notantur. Quæ utique cruoris remora, unde attollitur tumor, & inflammatio nascitur, ex duplici ferè causa antecedenti vulgò dicta habetur; 5.3. proximiori, vel remotiori. Causa igitur proximior, ac vitio liquidi potius dicenda, est ipsamet sanguinis constitutio, & diathesis, ipsiusque per sanguineos ductus naturaliter se habentes ad motum, & circuitum propria ineptitudo, ac lentescentia: quæ ex interiori vìa cruoris semitas, ac vasa obstruendo, inferciendo, ac replendo sanguinis stagnationem, & inflammationem magis immediatè, ac proximius gignit; ex quacumque causa contracta, ut plethora pura, vel impura, seù cacochymia, viscidis cibis, acidis, aere frigido, coenoso, &c. quæ sanguinis indolem lentescentem indu- 1 2 3

cunt.

4 cunt. Cauſa verò remotior, ac ſolidi culpa, eſt ipſorum ſanguiferorum ductuum ametria, ſeù præternaturalis poſitus: qui ſanguini (quamvis inſons ſit, rectamque craſim aſciſcat) curſum adeò præpediat, ut eum in iis immorari, intercipi, ac paludeſcere cogat; ex quacumque cauſa obortus, uti frigore, labore, pondere, vaporibus malignis, moleculis venenatis, ſalinis, & acutis &c. quæ partes ſolidas, & ſanguineos tubulos veluti manu apprehendendo, comprimendo, relaxando, aut contorquendo earum membranulas, eorumque fibras adeò convellunt, contrahunt, diſtorquent, & obſtringunt, ac in eo poſitu conſtituunt, ut ſanguinis ſtagnationem, ac
5 inflammationem inducant. Vti v. g. ex ſpina querna (Helmontii verbis utamur, quem ut deinde in quibuſdam refellamus) digito infixa cutis criſpatio, ſeù ejus villorum reductio naſcitur: ex qua cruor ante puncturam inſons adeò intercipietur, ac cogetur, ut ſtagnet, & inflammatio fiat; quæ igitur ſanguinis obduratio villorum cutis contractionem veluti cauſam (ut ſic dicam) minus immediatam, ac remotiorem agnoſcit: & quæ ſtagnatio haud vitio ſanguinis eſt, ſed ſolidi culpa, quod criſpetur, & convellatur. E contra verò ex viſcidis cibis, ac acidis cruor ipſe pariter craſſeſcit, & lenteſcit, qui ſtagnando, aut immorando ſanguinea vaſa minora infercit, & obſtruit, ac inflammationem rheumaticam parit: quæ verò cruoris ſtagnatio ipſam ſuimet diſpoſitionem, ac ad motum ineptitudinem veluti cauſam proximiorem, & magis immediatam habet; & non culpa ſolidi eſt, ſed ipſius ſanguinis viſcidi, & immediatè lenteſcentis, & immorantis vitio.

CAP. II.

De Pleuritidis cauſis remotioribus prioris generis.

EX iis, quæ ſuperius diximus, infertur, quod cæteræ cauſæ vulgò procatarcticæ, & antecedentes dictæ, quæ Pleuritidem gignunt,
1 duplici quoque ratione operentur, & cruoris remoram, ac ſtagnationem cauſent: aut via magis propria, ac immediata, modoque
2 directo liquidum, ſeu cruorem ipſum (nullo modo ſolidum primariò afficiendo) adeo conſtituunt, & vitiant, ut ipſum ſtagnare faciant:
3 aut via minus propria, ac magis mediata, modoque indirecto, & obliquiori ſolidum prius afficiendo, ac conturbando cruorem ipſum quamvis inſontem adeò cogunt, & cœrcent, ut ipſe conſidat, &
4 immoretur. Spina igitur ſuperius dicta obliquiori modo, viaque magis mediata cruoris ſtagnationem, & inflammationem digito parit;

prius

prius enim interturbat, & vellicat folidum, deinde liquidum coagu-
lat. Vifciditas verò ciborum modo magis directo, ac immediatiori
via folidum relinquendo cruorem ipfum infpiffat, & figit. Unde
Pleuritidis caufæ immediatæ, & mediatæ dicuntur: illæ funt, quæ
non mediante folido cruoris ftagnationem pariunt; hæ verò quæ me-
diante folido illam efformant.

Hæ quoque caufæ in inflammatione, & præfertim ejus augmen-
to fibi mutuas præbent manus: & quæ primaria erat, fit & fe- 5
cundaria: & è contra. V. G. fanguis è vifcidis cibis ftagnans,
cum inflammatio inchoat, primariò immoratur, & obftruit: cum
verò augetur, & attollitur tumor, cruoris moles aucta folidum
magis premit, & urget; cujus irritati villi, & compreffi vlterius
convelluntur, & crifpantur; unde fanguis non folum mole auctus
à majori folidi contractione magis, ac antea infpiffatur, & con-
globatur; verum infuper alterius cruoris (ut fic dicam) infontis
reftrictio, & conglobatio accidit. Sic è contra ambiens frigus, &
externum fibram titillat, & vellicat; hæc rurfus fanguinem inter-
cipit, & cogit: cruor ex noua fuperveniente unda magis accrefcit;
folidum ulterius excruciat, & turbat: unde caufarum folidi, & flui-
di primariæ, & fecundariæ mutua viciffitudo in Pleuriticis contin-
git, & alternatur.

Prioris generis caufæ, quæ via magis immediata, modoque dire-
cto liquidum vitiando Pleuritidem pariunt, funt.

Prima eft ipfius fanguinis ad motum ineptitudo: cum cruor in fua 6
conftitutione magis reftrictus eft, & conftipatus quacumque de
caufa; unde lentefcendo, ac fe ipfum quodammodo intendendo ad
motum ineptior redditur, & tenuibus vafis anguftioribus primò ad-
hærens inflammatoriam ftagnationem gignit. Quæ fanguinis difpo-
fitio, qua vifcofus, & tenax evadit, vino pendulo à Willis compa- 7
* ratur, hifceque verbis exprimitur. Hujus ratio generalis hæc
* eft, quod cruoris partes craffiores à fubtilioribus non fatis com-
* minuantur, ita ut omnibus æqualiter mixtis, & mutuò fubactis,
* demum humores vtiles in munia quibufque appropriata fecedant,
* atque inutiles per cloacas idoneas continuè emandentur; verum
* è contra in quantum fanguinis particulæ fulphureæ vnà cum fali-
* nis & terreftribus nimis evectis combinatæ, cæteras quafque irre-
* tiunt, & invifcant: proinde liquor ejus recrementa quæque, ac
* impuritates intra fe continuas inftar glutinis lentefcit, & propte-
* rea diathefim peripneumonicam, & pleuriticam concipit.

Ex nimia ciborum ingluvie inflammationes internæ facilius fiunt, 8
& malignæ quoque febres coagulantes. Præcedenti enim cibo non-
dum concocto, ac digefto novus fuccenturiatur; & priori non ha-
ctenus attenuato, fubactoque (vt decet) fed veluti maffa informi,
& craffiori, fibique novum affimilante, nec fubtiliorem, & æqua-
biliorem reddente; particulis falinis, & terreis per vias debitas, ac

emunctoria propria minus ablegatis, in eadem cruoris massa restri-
ctis, & impactis non poterit haud nasci sanguinis lentescentia, &
conglobatio, ex qua ejusdemmet in parte stagnatio; inflammatio,
& tumor orietur.

9 Ex victu itidem etsi non multo, at ex mœroris, animi pathema-
tum, vel exercitii quoque corporis excessu improportionato eva-
dente (uti de Epicarmi filio ultimo nostro ægroto ex 7. Epid. dice-
mus) minusque attenuato, ac subacto indolem æquè lentam, vap-
pidamque, & quodammodo acetoso-salinam adipiscitur cruor.

10 Ex suppressione consuetarum excretionum, hæmorrhoidum nem-
pe, menstruarum purgationum (ut Cleomenis uxori ægr. 14. ex 7.
Epid. accidit) hæmorrhagiarum è quocumque loco obortarum Pleu-
ritides, & Pulmoniæ eveniunt: sanguine enim suppresso ejus recre-
menta intus retinentur; novoque iterum addito vetus ex retentione
veluti effœtus fæcibus non repurgatus ferè nova unda chylacea op-
primitur, ipsique immiscetur: particulæ salinæ priores fermentai
tione, aut potius mora magis evectæ, acidæque ac nudæ crudior-
succo advenienti tenacius hærent: indeque non leve gluten cruor ac-
quirit vasis minoribus facillimè intercipiendum.

11 Ex ipsa unica sanguinis redundantia (etsi vitium in eo non reperia-
tur) ejusdem refluxus impeditur, & stagnatio fit Hippocrates lib.
12 de morb. inquit. *Venæ nimis repletæ nihil remittunt*. Exemplum *
coriacei vasis angustioris oris repleti adducit, in quo contineatur
oleum, quod è directo in os vertatur: *oleum ex ipso prodire non po-* *
terit: viam enim ipsum oleum intercepit utpotè multum, & acervatim *
13 *incumbens*. Ex nimia enim repletione vasa juxta latitudinem am-
pliantur, & secundum longitudinem decurtantur, eorumque oscu-
la, & vada angustantur: cum arteriæ instar caudarum muris sint
fabrefactæ, quæ pedetentim, æquaque portione, prout elongan-
tur, diminuuntur, & angustiores fiunt; in jis prope finem sanguis
veluti resilire semper videtur, & ob earum angustiam quodammodo
immorari, & inter sese magis constringi, & densari: quoniam è
14 parte ampliori vasis in alteram tenuiorem, & angustiorem sanguis
cadit; & sicuti in priori magis expatiari, sic in posteriori ad transi-
tum inspissari congruum est. Quæ utique in exilibus vasis congloba-
tio in sanguinis plenitudine adeò increverit ut refluxus inhiberetur:
quoniam cruor in plethora in ampliori parte vasis etiam constipatus,
& magis restrictus in angustiorem alteram partem decidet, in qua
itidem amplius sese adaptando omnimodè conglobabitur, & stagna-
bit. Ex quibus solvitur phænomenon ex observatione Baglivi in
15 sanguine ranæ vivæ, qui ait prope vasorum latera velut minus cita-
tiori cursu excurrere, in medio verò facilius præterlabi; non nisi
quia obicem quemdam successivè, vasorum juxta longitudinem, ac
16 latera reperit: in latere enim lineæ (ut sic dicam) parallelæ non
sunt, at proportione inter sese convenire semper inclinant; in me-

dio,

dio verò sunt veluti rectæ lineæ, quæ ad osculum tendunt: unde sanguis, qui per has excurret, minus impedimenti secus ac per illas reperiet: ut quoque inter Recentiores probat Cloptonus Havers. Ex torrente sanguinis ad vasorum foramina præ distentione angustata acervatim adducto præ copia minus perfluit ipse, sed conglobatur, & stagnat: cruoris enim partibus præsertim prope angustum 17
vadum sibi invicem prementibus, sibique vim facientibus ne aditus uni prius, quam alteri pateat; distentis denique nimis vasis à multitudine repletis, fibræ eorum difficultate munus exequuntur, impedito quasi spirituum influxu ex compressione earum à plethora, vel potius ex abundanti sanguine vasorum villi magis premerentur, & convellerentur; unde eorum crispatio major insurgeret, cruor ipse à solido quoque irritato, pressoque ulterius comprimeretur, & stagnaret. Idem dicendum quoque de æstu humores fundente, & spirituosis potionibus, calidis, & dissolventibus, & de vehementia exercitii: de quibus plura inferius.

Ex prohibita insensibili perspiratione pleuritica inflammatio oboriri 18
potest, à quibuscumque causis proveniente, quas Sanctor. Sanct.
* Medic. stat. sect. p. aph. 67. numerat. Causæ enim externæ (in- 19
* quit) quæ prohibere solent perspirationem sunt aer frigidus, cœ-
* nosus, & humidus; natatio in frigida; cibi crassi, & viscidi;
* intermissio exercitii corporis, vel animi; & in robustis nimia
* abstinentia à coitu. Quas singulas exponemus.

Ex aere frigido potissimum densantur humores, & sanguis: par- 20
ticulis nitrosis nudioribus. & magis evectis, non solum immediatius, & intrinsecus immissis quodammodo cruorem sigillantibus, & figentibus; verum insuper constrictis, & obcæcatis cutis poris ab ambiente externo, frigidoque effluvia tum salina, tum oleosa, & fuliginosa vulgò dicta, quæ maxima quantitate evaporare deberent,
* in cruoris massa suspenduntur: impedita enim insensibili perspira-
* tione quæ salubriter aufert è corpore multum, idque inutile pondus (juxta Sanctor.) augetur siquidem cruoris massa, & magis constricta inter sese intrinsecè adaptatur: ipsamque veteribus recrementis haud exoneratam, novoque humore per cibum, & potum onustam repleri, & geminari quis utique negabit? In qua salina, terreaque cum sulphureis facilius confunduntur, & impinguntur. Ex quibus omnibus cruoris lentescentia, & pigrities denique emerget. uti accidit Hermoptolemo 7. ægr. ex 7. epid. & Posid. ægr. 8.

Eadem quoque ratione ex aere cœnoso, & humido inflam- 21
matio evenit: obturatis enim cutaneis foraminulis non modò retinentur ea, quæ educi deberent; at quoque à cœnosis particulis, & humidis sanguinis textura haud vivificatur, & efflorescit: unde ex aeris partibus humidis, lentis, ac crassis lenta, & paludosa evadens sanguinis unda facilius cespitando stagnat, & hæret.

Na-

22 Natatio in frigida eodem modo, quo de aere frigido diximus, operatur, & lædit: quamvis particulæ acutæ, rigidæque frigidæ aquæ per corporis peripheriam, & non axem aggrediantur, & noceant constipando; humidæ verò secum eas vehentes in penetralia quoque ductuum per poros diffunduntur, & filtrantur, cruorem à constipatione eorum fuliginosum, & inquinatum magis hebetant, lentumque reddunt.

Cibi crassi, ac viscidi quomodo ad Pleuritidem faciant jam
23 diximus. Ex quibus perspiratio insensibilis immutatur; quoniam ad postremum signum haud intrisis, & subactis ipsis, neque in minima (ut decet) resolutis, & scissis, adeò ut eorum compage debitè aperta nobiliores, tenuiores, ac spirituosæ partes exiliant, cruorque purpureus, vegetusque florescat, & cunctis recrementis, & effœtis scoriis depurgentur, singulis per emunctoria propria eliminandis, quæ insensibilem perspirationem constituere putantur; ipsam interturbare necesse erit.

24 Corporis, vel animi exercitii intermissio perspirationem insensibilem potissimum inhibet: per exercitium enim tota hominis machina concutitur; musculi præsertim exercentur; quorum concussione ac motu liquores, & succi intriduntur; spiritus elasticitatem acquirunt; crassiora attenuantur; & fæculentiæ qualibet parte coadunatæ discutiuntur, & disiiciuntur: crasim denique æquissimam adipiscitur cruor. Ex otio, & segnitie secus evenit: corpuscula effœta haud eliminata cruoris massam replent: crassa non inciduntur: illa informis fit, quam torpescere, & lentescere necesse erit.

25 In robustis nimia abstinentia à coitu. Ex hoc juvamen percipitur: sese exonerando per seminis vias homo, spiritibus, particulisque salino-sulphureis evectis, ac elaboratis diutius, indolis, & proritantis naturæ disiectis minus quippè turbabitur, ac æqua lance vivet: tranquillitas in humoribus, & in toto corpore rythmus gignetur. Intermisso verò coitu seminis particulæ detentæ tumultum, & conturbationem inducunt, fibrasque internas quodammodo convellunt; unde cutis per consensum quoque restringitur, ejusque foraminula magis angustantur; ac inde quæ per viam Regiam 5.3 cutis emandanda non diffluunt; perspiratio insensibilis læditur: verum insuper seminis portio plusquam elaborata per vias suas non ejicitur, sed per totius cruoris massam ferè diffunditur; circuitu enim spirituosæ, valde mobiles, depuratę, & tenuiores quædam particulæ saltem ebibuntur; exinde evenit quod sanguis turgescat, ac œstrum concipiendo inflammationem pariat.

26 Ex nimio seri defectu sanguis quoque crassescit: sero enim pars cruoris fibrosa diluitur, & elongatur, quæ alteri facilius unitur; alteri se jungi maximè inhiat: uti ex nimia catharsi natura,

tura, vel arte habita non solum Pleuritidem, sed maximam, & lethalem Peripneumoniam, seù in pectore Apoplexiam sæpius observavimus; impacto, ac penitus coagulato sanguine, & ferè duro in pectore, ejusque vicinia evadente. Nimia urina, 27
nimiusque sudor vehementissimæ inflammationis quandoque indicia sunt; ut nuper in Aurifabro notavimus. Febricitantibus non paucis multa urinæ excretione habita (quam Medici loco crisis habebant, & salutarem) properantem mortem enunciavi: horrendum symptoma interdum est, & non crisis.

28 Ex acidis denique quibuscumque manifestis, & evectis inflammatio oritur: illa ad sanguinem congrumandum, & densandum valentia sunt; experimento enim constat ex acidi liquoris infusione, spiritus nempè calchantis, aut sulphuris in venam canis immissi: Unde edulia nimis acida, ejusdemque naturæ potus Pleritides, & cruoris coagula sæpe affert. Ex quibus animadvertendum quod hoc sensu aciditas causa procatarctica sit, quæ intus immissa, & unà cum sanguine mixta adeò sanguinem lentescentem reddat, ut causa interna, ac proximior evadat; quatenus cruoris coagulum immediatius pariat, ipsumque proximius figat; adeò ut aciditas ipsa in eodemmet cruore lentescente veluti intrinseca spina contineatur: & in hoc sensu (uti in cura dicemus) aciditas inflammationis radix unà cum sanguine foras educitur. Aciditas quoque modo indirecto partes vellicando, & 29
corrugando inflammationem gignere solet: quo sensu loquebatur de acido Helmontius: hinc tamen deducendum non sit, quod aciditas semper, & sola congrumescentiæ, ac stagnationis cruoris causa sit; cum sint & aliæ causæ ut superius diximus: & quamvis aciditas stagnantis liquoris, cruoris præsertim sit comes indivisibilis (quo diutius enim stagnat, acetosior evadit) tamen verò haud unica, ac indeficiens causa erit: uti volebat 30
Helmontius: sanguis enim quicumque si quolibet modo in corpore sano intercipiatur, stagnat, & figitur: & portio acida, & occulta, quæ in quolibet ferè sanguine plus minus hospitatur, conspicua fit, & exaltatur: & sic aciditas effectus potius, 31
quam causa suppressionis est: ut siquisquam spina digito pungatur, ecquis dicet quod aciditas cruori insita inflammationis sit causa, & non verò villorum contractio? quæ sanguinem reprehendendo, & intercipiendo ipsum stagnare cogat? ex qua densatione aciditas nova apparet, novaque intrinseca spina detegitur, quam quoque magis irritare, & lædere quis negabit? & sic quandoque aciditas effectus erit.

CAP.

CAP. III.

De Pleuritidis causis remotioribus posterioris generis.

POsterioris ordinis, & veluti causæ mediatiores, quæ indirecto modo operantur, hæ sunt.

1 Prima causa est frigus, sicuti frigidum, quæ thoracis musculos exteriores, fibrasque pectoris immediatè invadentia, rigidis moleculis, & acutis villos eorum scalpentia, ipsasque rodentia, convellunt, & contrahunt: viciniores quoque musculorum interiorum, ac pleuræ fibræ unà consentientes crispantur: exinde, non modo illi, verum & hi musculi, ipsaque pleura inflammatur, præcluso sanguini per eorum, & pleuræ semitas transitu. Hujusmodi quoque pulmonibus inflammatis per axem humanæ machinæ frigore immisso, per conspirationem pleura quoque inflammatur, ea pulmonum parte præsertim affecta, quæ pleuræ adhæret, fibrisque mutuis conjungitur.

2 Ex nimia ciborum ingluvie hoc prorsus modo evenit, & coadjuvatur inflammatio: in hoc enim statu cum non sit valdè digestus sanguis, coccineus, & volatilis; at corporaturam aliquo modo inæqualem, crassiorem, & rudem habeat, lympha parilis naturæ computabitur, particulis nempè crassioribus referta, ac imbuta; quæ glandulas, & emunctoria pleuræ propinquiora, musculorum 5.3 thoracis exteriorum, plusquam par erit, facilius implebit, ac inferciet: quæ contentum haud exprimentia tumefient: Exinde partim ex materiæ mole premente, partim acrimonia per moram contracta, vasa sanguifera reducentur, & angusta fient, ac cruori proximius transeunti cursum præpedient; & sic posteriori ritu inflammatio erit: quemadmodum in pulmonum tuberculis evenire consuevit, cum quibus illorum circumferentia, inflammari, ac suppurari solet. Ad pleuram usque inflammatio interdum extenditur, inflammatis plerumque pectoris musculis externis: ad internos, ad ipsam quoque pleuram deinde diffunditur morbus; modo ferè rheumatismi alias partes afficientis: quod in praxi sæpissimè evenit, & notatur.

3 Ex victu quoque mediocriter sumpto, at tristitiæ, vel exercitii causa impari effecto simili ferè modo Pleuritis evenit: ex eo partes salinæ, scabræ, ac pungentes præsertim exaltantur, quæ irritando, ac convellendo vias sanguini potius præcludant, eumque paludescere faciant.

4 Ex suppressionibus itidem consuetarum evacuationum id accidit: recrementa enim diù retenta, & sales eliminandi ob notabilem moram, acredinem, ac corrosivam indolem induunt; serum, lympham-

phamque inficiunt: quibus in muſculos, & membranas ablegatis, ut & in pleuram, ibique infixis, ac corrodentibus doloroſiſſimæ inflammationes pariuntur, ipſaque pleura furens redditur, & inflammatur.

Ex nimio labore, & pondere Pleuritis pariter oritur: etenim, 5
ex nimio pondere præſertim ſuper humeros evecto decurtatis muſculorum fibris extra, & intra pectus manentium, ac vertebrarum, dorſi, quibus pleura adhæreat, & colligatur: ex qua tonica ferè convulſione, thorace quaſi toto affecto, ejuſque vaſis arteriis, ac venis præſertim quodammodo anguſtatis, & conſtrictis cruoris refluxus præpeditur, ex quo ejuſdem denſatio, & Pleuritis efficitur.
Uti hoc anno ridicula obſervatio nobis occurrit de quodam ruſtico: 6
quem ex recenti nuptum cavillabantur amici, ac irridebant ſe poſt veneris uſum mollem, & debilem evaſiſſe; ipſe verò ut robur ſuum oſtenderet, aſinum apprehendit per plures paſſus vehendo; ſic probando ſe vectorem magis, quam vectum aſinum eſſe, & haberi: unde in ſiniſtro latere inter coſtas ſpurias dolor ingens eſt ſubortus, qui deinde acutior, & punctorius fuit cum febre ſimiliter acuta, difficultate ſpirandi, cæteriſque veræ Pleuritidis ſignis: ex ſanguinis miſſione bis celebrata melius ſe habuit: tandem ſanguinis hæmorrhagia per nares ingruente ex toto convaluit. Cui ſimilem hi-
* ſtoriam adducit Hippocrates lib. 4. Epid. *de eo, qui aſinum ex pa-* 7
* *cto elevavit, febricitavit ſtatim: tertia die ſanguinem fudit, quarta,*
* *& quinta, & ſeptima, & octava judicatus eſt: alvus humida.*

Ex doloribus pectoris convulſivis ex quacumque cauſa obortis, 8
vel ex ſero, aut lympha acri forinſecus membranas, earumque fibras convellentibus; vel ex interrupto ſpirituum radio, & nervorum ex via interiori quadam obſtructione; vel ex vaporibus mali- 9
gnis, & venenatis quolibet modo hauſtis, & immiſſis inflammatio pleuræ ſuboriri ſolet: ex qua cauſa epidemicas Pleuritides potiſſimum 10
pendere ducimus; particulis iis per aerem diſperſis membranæ coſtas ſuccingenti potius, quam aliis infixis propter partis diſpoſitionem, atoniam, pororumque ordinem, & molecularum figuram, magnitudinem, & motum imparibus, & hoſtilibus factis: quemadmodum in anginis, & dyſenteriis epidemicis evenit: aut ex ſublunaribus, & terreſtribus; vel ex ſiderum corporibus depreſſis atmoſphæram noſtram inficientibus: quæ malignæ, & venenatæ particulæ priori modo quoque operantur cruorem in grumos, ſeù corruptelas diducendo: ejuſque coagulis, & ſugillatis partibus à veneno in vaſorum anguſtiis immorantibus Pleuritidem pariant.

Ad quam cauſam extrinſecam, & mediatam reducuntur ictus, 11
caſus, & pectoris contuſio, ac compreſſio: quorum Ætiologia conſideranti patet, ne verborum reiteratio fiat. Nec non quandoque ſtudium, & ſcribendi exercitium extrinſecè Pleuritidem cau- 12
ſant: per hæc enim ſpiritus inceſſanti motu tenentur, & thoracis

muſculis ferè tonicus motus ineſt, pulmonum, & pectoris quaſi in-
termiſſa ſuſpenſio; unde ſanguini, cæteriſque ſuccis viæ præclu-
duntur: & quemadmodum à ſtudio, ſcribendique labore Phthiſis,
& pulmonum tubercula, & ſuppurationes fiunt, ut rectè explica-
tur à Morthon; eodem prorſus modo primariò, vel ſecundariò pleu-
ræ, cæterorumque muſculorum phlegmones pariuntur. Quod con-
firmat Hippocrates lib. pr. de morb. §. 17. hiſce verbis: *Fiunt* *
porro convulſiones & à laboribus, & à plaga, & ſiquis onus majus le- *
13 *vat, & à curſibus, & lucta, & ejuſmodi omnibus*: lucta ut in *
Hippoſtene ægr. 6. & pectoris compreſſio in Simonis uxore ægrot.
14 11. notantur. Ex riſu quoque Pleuritis oboritur: & hiſtoriam af-
fert Caſpar Kœlichen. Ancilla enim cujuſdam Reverendi viri *
germana ad riſum alioquin prona, & facilis, dum inter conſue- *
tos ancillares labores cum ſocia ancilla verba conferret: & fortè *
fabulas vel narraret, vel audiret ſubitò in riſu agitata eſt: & cum *
ipſo riſu ſternutatio ſimul oborta Pleuritidem peperit: hinc illi la- *
chrymæ. Ex nimia enim illa pectoris commotione procul dubio *
venula aliqua intercoſtalis (ſive ramulus venæ azygos) rupta dolo- *
rem illum lateralem ex ſanguine inter pleuram ſubſiſtēte, & tumo- *
rem ibi excitante procreavit; exquiſitiſſimi enim ſenſus membrana *
illa coſtas ſuccingens propago duræ matris ratione nervorum inter- *
coſtalium ex ſpina dorſi egredientium, ex quorum tunicis, quæ *
nervos illos tegunt, membrana hæc oritur. Vocatus ad ægram *
iſtam præſcripſi pulverem ex oculis cancri crudis in vehiculo ali- *
quo convenienti ſumendum (crudi enim cancrorum oculi ſive la- *
pilli efficaciores ſunt præparatis, & per crudos intelligo illos, *
qui ex cancris vivis certo tempore colliguntur, illi enim qui ex *
cancris coctis aſſervantur parum efficaciæ nobis præbent, & eò mi- *
nus ſi præparati ſint) cum unguento, & emplaſtro lateri do- *
lenti inungendo, & applicando: ſequente verò luce cum dolor *
ille lateralis adhuc perſeveraret, & ſputa cruenta ſequerentur, *
venæ ſectionem inſtitui in brachio lateris dolentis: & ſic Deo aſpi- *
rante feliciter reſtituta inpoſterum cautius ridere didicit: hæc ille. *
15 In qua Pleuritide verè tractum acutum ex riſu in vaſis potius factum
fuiſſe, quam genuinam rupturam duco: ex nimia enim fibrarum
tenſione ex riſu ſanguinem quodammodo intrinſecè diſpoſitum ibi-
que facilius immorando Pleuritidem efformaſſe facilius fuit. Si enim
ruptio jam facta fuiſſet periculoſior Pleuritis ipſa foret, & non adeò
brevi tempore, ac ſimplici ſanguinis miſſione, & excretis paucis
ſanata fuiſſet ægra.

Ex his obiter notandum Pleuritides ab intrinſeca cauſa, & proxi-
miori quandoque fieri, & excitari; interdum principaliter ex extrin-
ſeca, & remotiori; ſæpiſſimè verò ex utraque cauſa ſimul, & ſemel
16 conjuncta 5.3 una inflammationem primariò excitante, altera verò
veluti coadjuvante, ac una alteri manum præbente, in individui
rui-

ruinam ambabus conjuratis, & junctis: quarum diſtinctio in praxi
maximè habenda, veluti, clariſſima fax phænomena, ac ſympto-
mata, quæ acervatim quandoque apparent, dilucidans, & ambi-
guitatum nebulas potiſſimum diſcutiens.

Ex his denique quam maximè animadvertatur quod cauſa extrin-
ſeca remotior, ac vitio ſolidi ex ſe ſola inflammationem gignere 17
haud ſufficiat, quamvis ſanguinis vias anguſtet, & conſtringat,
ipſiuſque refluxum impediat; at poſt conſtrictionem requiritur quod
cruor ipſe lenteſcat, ac vaſis minoribus inhæreat, eaque diſtendat, 18
& phlegmonoſum tumorem pariat: quoniam plerique dolore lateris
ſpaſmodico, & acuto afficiuntur; uti ſcorbutici, hypochondriaci,
gallico morbo affecti, ut infra dicemus de nothæ Pleuritidis ſignis;
attamen in jis neque inflammatio fit, & febris etiam levis plerum-
que abeſt. Alii etiam in pectore graviter concuſſi, ac qualibet alia
cauſa extrinſeca læſi Pleuritidem veram minimè patiuntur: & ratio
eſt, quia ſanguis cum natura ſua ſit inſons (5.3 reſpectivè) quam- 19
vis canaliculos quoſdam, & tubulos ſanguiferos ex fibrarum redu-
ctione, ac contractione anguſtatos reperiat, ipſe tamen in pro-
pinquiores ſurculos, quos ſagax Natura idcircò innumeros fecit,
* reſilit, & excurrit: ſanguinis enim motus impeditus in aliquo ſur-
* culo vicinus omnem illam liquidi molem excipit, & ad altiora
propellit: Baglivi, & Recentiorum axioma indubium eſt. Qua ra-
tione conſtrictorum ductuum denegatum curſum per cæteros plenio-
ri alveo cruor reficiet, nec inflammatio continget: uti quibuſdam
manu, aut brachio penitus obtruncatis (uti in militibus obſerva-
mus) ſanguis eorum nutritioni deſtinatus per alia vaſa recircuit, 20
nec inflammatio oritur. At ſi verò cruor ſit tam multus ut dictis tu- 21
bulis jam jam à convulſione occluſis ad lancem indigeat, adeò ut per
alia vaſa, ad quæ jam reſilit, liberè expatiari nequeat; neceſſe eſt
quod cruor magis incuneetur, conglobetur, ac ſtagnet: jiſque an-
guſtatis, quò natura ſemper collimare nitetur, magis adhærebit,
ac inflammationem pariet: aut etiam ſi ſanguinis plethora haud ſit, 22
& moles ejus mediocris, at doloris vehementia, fibrarumque con-
ſtrictio adeò excellant, ut numeroſiores cruoris ductus, ac eorum
majores partes ſtipatas reddant, & adſtringant, reliqua quoque
vaſa ſanguini revehendo imparia evadent: ideoque cruor ipſe con-
globari, & lenteſcere cogetur: Aut ſanguinis menſura inferior, & 23
vaſorum anguſtia coæqua ſit, attamen ex ſui natura proximius con-
creſcibilis ſit cruor, & adeò lenteſcens, ut ejus molem, ac tubulo-
rum anguſtiam ad immorandum diſpoſitio ſuperet, in his quoque
inflammatio orietur. Hinc obſervamus in praxi quod quidam etſi 24
dolore acuto vehementi, ac diuturniori corripiantur, febri aut nul-
la, aut levi abſque lateris inflammatione excipiantur: quoſdam ve-
rò minori dolore cruciatos febri acuta, & Pleuritide vera vexari:
uti vulnerati etiam in partibus extimis juxta cruoris molem, ac

ejuſdem lenteſcentiam, & doloris acutiem phlegmonoſum tumo-
25 rem ſortiuntur. Diximus, ſanguis cum ſit inſons; inſons hic dici-
tur, cum in craſi debita ſit, ac floridior ut per vaſa liberè excurrere
valeat: nam ſecus ſi ſui intrinſeca indole, & lenteſcentia haud
promptè circuat, & non externæ cauſæ culpa, inſons haud erit.
26 Neque cruoris puritas ſumma ſit cogitanda, ſed reſpectivè: cruor
27 enim ex ſui intrinſeca natura ſemper concreſcibilis eſt, & ad con-
cretionem facilius inclinat: at ut ſupra diximus cum intrinſecè vi-
tiatur, vel eſt jam concretus, vel admodum, & facillimè, ac pro-
ximius concreſcibilis eſt.

Ex quibus colligitur quod in Pleuritide quamvis ea non ſemper à
plethora oriatur; tamen verò, ut ſic dicam, ſemper quædam ple-
28 thora adſit; id eſt cruoris ſtagnantis redundantia circumcirca in-
flammationem, præſertim circa ſuperiores thoracis partes: quia
cruor circuitu impedito paludeſcit, & circa tumorem coadunatur;
unde vaſa proximiora, & ſucceſſiva ſanguine reſiliente turgent ver-
ſus ſuperiora præcipuè: alia enim ex impedito refluxu, & tranſitu
ſemidepleta fiunt: unde tumor faciei, oculorum rubor, & inflam-
matio ſuperabundantis cruoris indicia vera. Et id quod ſtagnat,
quia magis inſpiſſatur, majorem cruoris partem exigit; idcircò va-
ſa ſanguine quoque ſtagnante repleta majorem ejuſdem molem con-
29 tinent, quam ſanguine magis ſoluto haberent. Quam plethoram
in parte nuncupare ſoleo, & in medio homine: quæ cæteris inflam-
30 mationibus quoque accidit: quam præſertim cum lachrymis obſer-
vavi in Præſule meo Mecenate Joanne de Effectibus Romano renum
inflammatione nuper extincto: qui cum plethoricus ferè eſſet ex
præcedenti dolore nephritico, ac calculo, quem quoque ejecit, fe-
bri acuta correptus fuit: quod mirabilius eſt, & in plurimis aliis ob-
ſervavi, ex ſigno doloris 5.3 renibus ad inferiora uſque ad pedes ferè
frigebat, & candicabat; ad ſuperiora verò faciem, pectus, & bra-
chia intensè rubebat colore ferè liveſcente, & prioribus diebus nimis
calebat, poſtremis verò paulatim tepeſcens.

CAP. IV.

De Febri Pleuritidis cauſa quoque bicipiti,
& maximè notabili.

PLeuritidis hujuſmodi biceps cauſa maxima cenſetur ipſamet fe-
1 bris, quæ modis ambobus etiam operari conſueſcit: ex qua
Pleuritis ſæpiſſimè oriatur, & promanet, veluti effectus, & ſym-
ptoma ejuſdem. In quo caſu febris vulgò eſſentialis dicitur, & pleu-
ræ

ræ inflammatio symptoma, & dependens; sicuti è contra symptomatica febris interdum, Pleuritis essentialis existit. Quæ partitio in 2
praxi consideranda, & præ manibus habenda ad tollendas non modò Auctorum, & scribentium confusiones, verum etiam & cognitionis ergo, ac difficultatum face ut totius curæ securitati videatur.

Ex febri itaque primariò accensa non solum pleuræ, sed cætera- 3
rum partium inflammatio habetur: quod apertè confirmat, modumque exprimit Medicorum omnium Princeps Magnus Hippocra- 4
tes, qui lib. 4. de morb. exemplum de equino lacte Scytharum, nunc Tartarorum præbet, tyronibus maximè proficuum, & memo-
* riæ mandandum, ubi hæc addit: *Et habet hæc res similitudinem*
* *ad, id quod scythæ faciunt ex equino lacte. lac enim in cava vasa lignea*
* *infusum conveniunt, illud autem dum turbatur spumescit, ac secerni-*
* *tur pingue quidem, quod butyrum vocant, quum leve sit, in superficie*
* *consistit: graue verò & crassum deorsum sidit, quod etiam secretum sic-*
* *cant. Ubi verò concretum, & siccatum fuerit Hippacen ipsum vocant,*
* *at serum lactis medium locum tenet. sic etiam in homine dum turbatur* 5
* *humor quicquid ejus est in corpore à principiis, quæ dixi disparatur: &*
* *in superficie quidem bilis consistit (levissima enim existit) secundo loco*
* *sanguis, tertio pituita, gravissimus autem horum humorum est aqua.* 6
* *His verò ita se habentibus, quisquis ex his in morbis plurimus fuerit in*
* *principio contingente perturbatione, devenit ad locum, ubi plurimus*
* *esse possit. Verum in turbatione spatiosa cavitate evadente secretus di-* 7
* *strabitur, ac calesit corpus. aut aliqua corporis parte firmatus unà cum*
* *alio humore cum quo est in alio loco dolorem, & calorem exhibet. quum*
* *verò calefactus est locus, insuper etiam reliquum corpus concalefa-*
* *cit, & ex hoc febris oboritur, & oboritur magis à bile, & pituita,*
* *& sanguine: calidissimi enim hi humores existunt: & siquis horum in*
* *aliqua corporis parte firmatus fuerit, utplurimum morbus illinc nomi-*
* *natur, & cognomen habet.*

Ex quibus, & superius in hoc textu allatis Hippocrates supponit ex abundante aliquo humore, vel Hippocraticis potentiis (vulgò dictis) exaltatis, suorumque jurium factis quacumque de causa, etiam de Cælo veniente (ut ipse ait) humor turbatur in homine: capaciora,
& ampliora vasa fiunt *spaciosa cavitate evadente*: ob fermentationem 8
enim (quam hic subintelligit Hippocrates) arteriæ, venæ, cæteraque vasa juxta fermenti genium, & robur ampliantur, ac dilatantur; quia humor, moleculæque vitiosæ, ac depravatæ ante fermentationem veluti cohibitæ, ac restrictæ; deinde expeditiores factæ, minusque detentæ genium petulcum huc illuc sese volvendo osten-
dunt: indeque rectè *secretus humor distrahitur*. Ex qua vasorum spa- 9
tiosa capacitate non modo ipsorummet latera, ac parietes distendun- 10
tur, & quodammodo lacerantur, unde violentia, & irritatio sanguiferi fistulis, ac fibris spiritus continentibus; verum insuper par-

ti-

ticulæ volatiles, ac tenues ſanguinis, cæterorumque ſuccorum facilius commotæ ac irruentes expedicius ad caput, cerebrumque ſaliunt: auctoque ſic motu in nervorum capita, & canaliculos fe-
11 runtur. Conſpirante igitur duplici irritamento, ac ſtimulo in fibrarum cortice, & exterius per diſtentionem, ac quamdam lacerationem factis, uti in medulla: & interius per ſpiritus ſic ebullientes fiet, ut cor duplici quoque modo conturbetur, ac homo febricitet.
12 At quia hæc cordis perturbatio, ſpirituumque tumultus haud ex aliqua ſpeciali parte, seu peculiari membro læſo progignitur; verum à vaſis omnibus, vel ſaltem quamplurimis proritatis, & à toto ſanguinis, seu humorum oceano febris iſta potius naſcitur: quæ eſſentialis dicitur utpotè primaria, independens, & principalis.
13 Febris hæcce à Clariſs. Morthon ſub nomine febris inflammatoriæ dictatur, quæ conjunctam aliquam partis inflammationem habeat,
14 puta Hepatitidem, Pleuritidem, &c. At nos febrem inflammatoriam abſolutè dicimus, quæ nondum in aliqua parte firmatam inflammationem habeat; ſed ſit inflammationum ceu Mater, & fomes, & in ſinu ejus facellam inflammantem ferè gerat, quæ modò unam, modò alteram partem incendere, ac inflammare valeat, & tentet: exiſtimamus primariò eam plerumque, at non ſemper quam-
15 dam ſynochi febris ſpeciem eſſe, in qua ſanguinis textura in principio ſit potius aperta, ac fermentatione turgeſcens. At verò donec cruoris maſſa turgeſcens, ac fermentans, quamvis vaſorum latera diſtendat, & premat, ac in jis ebulliat, ipſis tamen non inhæreat, at præterlabatur, aut humor ſecretus per vaſa majora expatietur,
16 nec alicui parti adhuc infixa ſit, febris inflammatoria dicitur, & non inflammatio vera, & particularis; licet hæc jamjam immineat, & proximè habenda ſit. Quandoque etiam cum pars aliqua ſit jam
17 inflammata febris quoque inflammatoria vulgò dici ſolet, eſſentialis, ac primaria, quia ex ea veluti ſymptoma inflammatio pendeat, quamvis actu conjuncta ſit: quod facilè arguitur ex tranſmutatione interdum inflammationis, ſeu potiùs materiæ de uno loco in alium, uti cum plures partes veluti thoracis, ac capitis ſimul, aut ſucceſſi-
18 vè inflammentur. Et, uti puto, febris hæc eſſentialis cum Pleuritide conjuncta plerumque accidit, ac amplius, quam Pleuritis primaria, & principalis, quæ à cauſa extrinſeca veluti aere, caſu, contuſione fræquentius oritur, & in ipſo ſanguine plethora, aut cacochymia initio forſan non aderit, quamvis morbi augmento liquida vitium aſciſcant, & à morbi reliquiis abſque febri Pleuritis accidere ſoleat; uti graviter affectis, ac recidivis mutata deinde morbi natura.
19 Notetur hic obiter quod in febre inflammatoria, ac eſſentiali ſanguinis quoque aliqualis interceptio quandoque ſit ex cruoris orgaſmo in omnibus vaſis æqualiter, vel æquo ſigno excitato inducta: aut etiam ex multitudine, aut lenteſcentia in toto ejus oceano pari

mo-

modo oborta; cum fibra motrix æquè prematur, ac irritetur, ipsaque liquidum rursus cœrcere incipiat. At verò cum potius in una parte, quam altera cruor intercipiatur, & immoretur, & in vasis minoribus ulterius incuneetur, particularis inflammatio fit; & febris (ut sic dicam) symptomatica primariæ additur, novusque gradus major insurgit, & apparet, symptomatica solum potius videtur, quam principalis.

Quam quoque sententiam claro clarius nobis prius exposuit nunquam satis laudandus vir Sennertus noster supradicto cap. his verbis: 20
* Et quidem frequentia Pleuritis generatur cum vitiosi humores in
* venis febres continuas accendunt, quorum pars ad thoracem effusa
* Pleuritidem facit: Ipseque subjungit: Experientia enim testatur
* quod Pleuritis, & hujusmodi aliæ inflammationes non præcedant
* febrem, sed febris inflammationem; aut certè febris simul cum
* inflammatione incipit: animadvertimusque materiam inflamma-
* tionis causam non in parte inflammata fixam consistere, & calo-
* rem p. n. à se diffundendo febrem accendere, sed sæpè vagam, &
* quasi turgentem hinc inde vagari: id quod ex morborum, qui fe-
* bres hasce comitantur commutationibus patet, ex una parte in
* aliam transfusa.

Ex febri igitur ebullitionem in sanguine nasci facilius erit, & humorum conturbationem; & distractionem: quorum pars salina, 21 aspera, & aciculosa, & indolis biliosæ inter fermentandum facilè exaltabitur, ac emerget, promptiusque dispositæ parti uti pleuræ infigetur; unde partis ejusdem dolorifica crispatio, tumor, ac in-
* flammatio erit. *Contemperatione enim, & mixtione eorum* 5.3 aci-
* di, &amari, insipidi, &acerbi, &c. (ait Hippocrates) *neque*
* *cernuntur, neque hominem molestia afficiunt; cum verò quidpiam eo-*
* *rum per se extiterit, & secretum fit, tunc & conspicuum fit, & ho-*
* *minem molestia afficit.* Vel ex febri sanguinis pars crassior, & in 22
ipso veluti diffusissima nubes distracta, & diducta, terreæque partes, ac salinæ ob agitationem, & conturbationem (qua amplius dilatantur fluida) inter sese coeunt, impinguntur, magisque crassescunt, pondere suo, ac gravitate à sero, menstruoque latice facilius sejunguntur; indeque crassamentum elaboratum ferè in offam, & mucilaginem se redigens instar ejus, quod Hippacen Hippocrates vocat, conglobabitur: quod in angustioribus viis facillimè præpedietur, nec præterlabens ibi immorabitur; & si nova supervenerit à tergo unda, nec ultrò feretur: unde aggere facto tumor insurget, coadjuvante non parum illius succi indole ob moram acescente, & irritante effecta. Aut ex orgasmo magis rarefacta, & expansa cruo- 23 ris mole nimis distendantur vasa, eorumque fibrillæ: quæ nimis turgentia, & distenta admodum corrugantur, & crispantur, veluti manus externa partem cruoris crassam, ac fibrosam jam distractam, & secretam nimis stringunt, & densant; & serum ut facilius excur-

rens

24 rens exprimitur, & subterlabitur. Aut denique febris essentialis
erit ex ipsa fluidi torpescentis indole, quæ quamvis initio vasa omnia, & cor ipsum ad signum æquale premat, & irritet, adeò ut idem, ac ea ad insurgendum tantum cogat, indeque febris excitabitur; tamen verò postea in una parte potius, quam altera magis interdum lentescet, ac hærebit, & tumorem sensibilem, atque notabilem in uno loco potius, quam altero excitabit; & ex ipsa fluidi torpescentis adhæsione latex aquosus sejungetur, ac circa tumoris centrum diffundetur: ibique partim ex indole ejusdem propria acescens, & mordax (suppono, quotiescumque cruor crassus, & viscidus sit, ejus serum ultra sortem acescere) partim ob moram acorem contrahens inflammationem augebit, morbumque gravabit.

Huic Hippocraticæ, & nostræ sententiæ arridere videtur Sydhe-
25 nam: Pleuritis potissimum accidit (inquit) anno inter ver, & *
æstatem; nam per id tempus sanguis à nova vicinia excalefactus *
in effervescentias, & inordinatos motus effrænatus ruit tempera- *
mento sanguineo prædito, præ reliquis aggraditur sæpè etiam *
rusticos, & duro jam fractos membra labore: à rigore plerumque, *
atque horrore orditur, quos excipiunt calor, sitis inquietitudo, *
& cætera febrium symptomata plus satis nota. Elapsis pauculis *
horis (licet aliquando multò serius ingruat symptoma hoc) æger *
vehementi dolore, eoque punctorio in laterum alterutro, qui *
nunc versus omoplatas, nunc spinam, nunc ex aduersus anteriora *
pectoris se propagat. hæc ille. *

Ex his igitur habetur hoc tempore verno Pleuritidem febris syno-
26 chi, seù ardentis vultum similare, diversoque modo invadere, ac
hyberno rarefactis, & expansis humoribus: frigore verò hyemis è contra constipatis, ac densis. Nil mirum inde si à duabus causis oppositis apparentibus univocus videatur produci effectus: sanguinis
27 enim œstrum, & expansio tempore veris, quæ fibram crispant, ac
premunt, minori cruoris intumescentiæ, & depressioni hyeme, ac simul crispationi fibræ ab ambiente frigido partæ æquipollent: Et sic
28 hyeme cruor partim immediatè lentus, partim ab ambiente vasa
corrugante facilius stagnat; vere à nimia rarefactione, ac humorum elasticitate immediatè, ac valentius fibra convellitur, & ab hac ipsi itidem comprimuntur, ac conglobantur, eorumque pars
29 quoque crassior secretione inhæret. Et hinc fit duplicem sanguinis
statum in febribus essentialibus fere oppositum initio morbi notari magis strictum, ac compactum quandoque, interdum magis solu-
30 tum, & apertum: attamen in qualibet Pleuritide à qualibet causa
oborta, etiam à febri, & à quacumque sanguinis crasi genita semper idem cruoris genus phlebotomo eductum cum pellicula illa gelatinæ instar plus minus excedentis observari: & in venis semper sanguinis conglobatio, ac lentescentia sive ab initio eadem permanens, aut fermentatione noviter inducta.

Ex

Ex his est quod quotiescumque febris primaria sit, facilius 31
modo unam, modo plures; vel successivè, vel alternatim, aut simul, & coacervatim inflammationes parere soleat. Cruor enim aut initio sit glutinosus, ac viscidus facilius in vasis minoribus immediate hærebit: aut è contra magis solutus, materia crudiori quamvis diffusus, eaque à sanguineo latice separabili, ac ferè concrescibili sanguis ipse in tenuia, & capillaria vasa promptius intrudetur, in quibus ob eorum angustiam massa illa diffusa magis constipabitur: particulas salinas, & terreas proprius amplectetur, iisque magis impingetur, ac vasis adhærebit: Et sicuti seposita materia partem unam, & non alteram invadere quibit, ibique insidere; ita pari modo unam, vel al- 32
teram inflammationem procreabit. Vel eadem, propriaque ma- 33
teria, ipsaque qualis, & quanta, quæ lateri prius leviter adhærebat, validiori ægri natura è suo loco in partem alteram eliminata (pulmones puta, fauces, intestina) fortius infixa manebit; & è contra: in qua igitur corporis parte ultimò insidebit, ibi & postremo morbi sedem fundabit; læsiones præcipuas, & vehementiores pariet: donec tandem morbosa illa materia ultimo loco emota per vias sensibiles, aut insensibiles è corpore educetur; vel admodum cohibita suppurabitur per abscessum facta eliminarione: uti parotidis, vel alius tumoris in quadam parte exemplum patet. Vel materia plurima, ac vitiosa in 34
multas portiones sejuncta, & dissita, quarum una solidi partem unam, altera verò alteram invadat, inflammatorios tumores duos, vel plures juxta eorum numerum pariet: & quamvis in uno loco aliqua materiæ pars discuteretur, altera in altera pervicaciter insidebit: & sic erit suspicio Phrenitidis, & Pleuritidis invadente simul capitis dolore summo, & pectoris, febri simul acutissima conjuncta: emota capitis afflictione, febrique parumper mitescente, nec geminata apparente; persistentibus simul pectoris punctura, & inflammatoria febri, cæterisque signis Pleuritidem veram indicantibus, quis non dicet Pleuritidem permanere, & Phrænitidem incipientem jam esse discussam? quæ facilius iterum, iterumque redire quibit, & solet; uti Chariti evenit.

Ex quibus infertur febrem quoque symptomaticam alterius 35
inflammationis quandoque causam esse: uti v. g. si ex Pleuritide prius orta febris contingat; ex cujus conturbatione, perennique agitatione nova materia secernatur, quæ in capite, aut parte altera stagnare valeat: & sic inflammationum, ac febris confunditur genus. Idcirco cognitionis face, in his prioritas temporis semper sit perpendenda.

Pleuritides idcirco. in quibus febris essentialis ducitur, longio- 36

res funt : & ad vigefimum primum diem interdum , & ultra
extendi notavimus, eorumque fymptomata haud ferociora veluti in alia apparere : eo quod ex febris fpecie 5.3 effentiali novus morbus fiat ; id eft tumor alter varicofus ; & fic duplex tempus, quo ambo morbi fucceffivi terminentur , femper requi-
37 retur. In Pleuritide primaria ejus curfum breviorem effe , & ad 7. 9. 11. aut 14. diem prorogari notamus ; quamvis utraque
38 Pleuritidis fpecies tempus proprium producere , ac coercere interdum foleat : In morbis enim haud exacta temporis lex eft ; juxta corporis habitum, ætatem, vires, & alia quæque accidentia variatur.

Ex quibus denique inferimus , & conprobamus graviorum Auctorum fententias de Febri Caftrenfi , inter quos præcipuè Theoph. Bonet. & Henric. Screta : qui eam ininflammatio-
39 nis genere reponunt putantes omnes ex ea febri morientes inflammatione extingui. Nos quoque opi-
40 namur quofcumque ex febri quacumque morientes ex inflammationis quodam genere è medio tolli: & ex febribus quotidie facilius morimur , quia febres in veram, ac inexpugnabilem inflammationem terminantur.

JOANNIS BAPTISTÆ VERNA

Lancianensis Phil:, ac Medic: Doctoris,

E T

Vigiliensis Physici Primarii PRINCEPS

Morborum Acutorum PLEURITIS.

PARS TERTIA

De Pleuritidis Signis Diagnosticis.

CAP. I.

De dolore Pleuritidis signo.

PLeuritidis signa diagnostica maximè necessaria sunt: Medicus enim, qui sufficit ad cognoscendum, sufficit etiam ad sanandum Hippocrates monet. Artem faciens absque diagnosi peritus siquidem gladiator est cum ense cæcus.
Ad sanandum requiritur cognitio, id est accidentium at- 1
tenta speculatio, ambiguitatum sedula sejunctio, & minimorum quoque exactissima perquisitio. Omnia æquissima lance, totoque spiritu sunt perpendenda. In praxi enim quandoque minutia haud 2
collecta veluti scintilla neglecta magnum sæpè excitavit incendium tam ad ægri salutis jacturam, quam nominis medici ruinam. Neque longa experientia superbiant senes: neque ingenio, & perspicacia juvenes. In diagnosi cespitarunt utrique: sic docent, qui in arte 3
Hippocratica maximè consenuerint eruditissimi, ac clarissimi Auctores: sic defunctis Medicis, & viventibus inscitiæ notam quotidie vulgus inurit: nostramque cæcitatem in areis, aulis, & tuguriis miserrimè lacerant. In hac arte plus valet quandoque oculatus tyro,

quam magister magnus, & non curans: & qui benè distinguit proximus est veritati. Pleuritidis ergo signa diagnostica exactè perquiramus: dubia, & similia distinguamus. In hoc Galenum ducem sequamur, ejusque quinque signa, quæ 5. de loc. affect. cap. 3. & de constit. art. Med. cap. 5. recenset, singula examinemus.
4 Primo dolor lateris acutus, pungitivus, ac perterebrans occurrit:
quem miseri Pleuritici nimia afflictione exprimunt: pugionem late-
5 ri inflictum petentibus habere clamant. Durus maximè dolor est,
homicida dolor: cujus subjectum membrana est ex sua natura sensibilis nimis, & proximius contexta; super dura ossa valdè distenta, iisque absque intermedia carne alligata, ac inhærens; à tumore phlegmonoso magis, magisque divulsa; respiratione, & tussi alternatim distracta. Vehementissima igitur læsio est: tristissima quoque
6 pænæ idea percipitur. Vt crudior insæviat dolor iste, costarum
quoque periostium nuda ossa tegens interdum affici haud improbabile duco: quo sic præcipuè læso illud summum, ac inexplicabile pectoris tormentum: & ex intimo costarum, & ossium centro vexa-
7 ri putant ægroti. Acuties ergo doloris membranam affectam arguit:
& quo remissior est, musculos, cæteras molliores partes, magisque cedentes inflammatio obsidet.
8 Dolor iste pleuriticus dicitur pungitivus, perterebrans, ac acu-
tus; id est vehemens, & violentus: quatenus ejus partes membranaceæ simul, & statim invicem divelluntur, & diducuntur: ut re-
ctè exprimit Bellinus lib. de morb. cap. de dolore in genere. Quia *
9 punctorius (inquit) est affectio, qualis cum pungimur minimis, *
& acutis instrumentis: quicquid igitur est tantum, ac tanti impe- *
tus, ut inter utramque villorum particulam se subitò possit trude- *
re, easque ferè totas simul absque eo, quod supra se invicem ad *
mutuum contactum excurrant, sejungere, atque divellere, do- *
lorem pungentem non secus, ac illa instrumenta pariet. Et quam- *
vis ad dolorem hunc pleuriticum acutum sæpè concurrant instrumenta minima, ut lympha acris, bilis, &c. tamen verò quia pars mem-
10 branacea est, cujus villi nimis tensi, & quasi duri existunt; si in
eam materia adhuc crassa, & obtusior intrudatur, & intercipiatur, adeò ut eos subitò, & simultaneè divellat, & diducat, ut ipsi ad mutuum contactum haud excurrere valeant; & distentioni inflammationis adeò cedant, ut dissitæ ferè evadant partes eorum; dolor acutus, & pungitivus nimirum erit: qui siquidem acutior erit si in viscidiori materia prædominium habeant salinæ partes acutæ, & evectæ: & sic quandoque ratione tensionis villorum, eorumque distractionis à quolibet instrumento etiam magno, & contundente acutus dolor promanat; uti observamus cum quispiam baculo verbe-
11 retur in parte nervosa, membranea, seù minus carnosa. Qui dolor
punctorius quia omnium magis præsentaneus est, & brevissimo tempore fit secus, ac cæteri dolores, id nomen sortitur; ita pleuriticus
dolor,

dolor, quia violentus est, & pari modo fit, acutus dicitur, & punctorius.

Dolor iste pleuriticus quamvis in sinistra pleuræ parte plerumque 12
fiat, & in eodem latere ob inflammationem potius ibique, quam parte dextera occurrentem ratione cruoris in uno latere facilius, quam altero immorantis propter vasorum angustiam in una parte magis, quam altera (uti ex anatome diximus) respectu quoque musculorum motus concussivi, ac aliarum partium exercitii, quæ in sinistro brachio, ejusque latere ferè minus vigent, & patrantur; & ratione denique arteriarum è corde exeuntium, quæ ad sinistram partem, id est latus sinistrum potius inclinant, & propagantur; tamen verò in qualibet pleuræ parte, ac lateris loco ipse dolor accide- 13
re solet juxta totius thoracis regionem amplam, quam intus ipsa investit: uti lateris dextri dolor in Anaxione Abderitano primo no- 14
stro ægroto ex 3. epid., & Antiphanis filio ægr. 8. ex 7. epid.

Et quamvis inflammatio in parte inferiori pleuræ quandoque adsit; dolor verò ex ea incipiens ad dexteram quoque, & ad dorsum 15
distenditur: interdum ad claviculam usque, & omoplatas ascendit. Ad inferiora ultraque thoracis limites quandoque descendit juxta 16
vasorum sanguiferorum intercostalium superiorum, ac inferiorum, 17
aliorumque thoracicum bustum intertexentium repletionem, ac di- 18
stentionem, & juxta fibrarum adjacentium pleuræ contiguitatem, ac connexionem, quæ unà consentientes convelluntur, & crispantur: uti ordine describit lib. pr. de morb. Hippocrates §. de Pleuritide: *Indicium autem hæc de se præbent in septem diebus, aut novem,* 19
* *aut undecim, aut quatuordecim: dolorem quoque inducunt ad hume-*
* *rum, & ad claviculam, & ad alas hac de causa. Vena, quæ splenitis*
* *appellatur tendit à splene* (de qua alibi diximus, & dilucidavimus)
* *ad latus, à latere verò ad humerum, & sinistram manum: hepaticis*
* *autem ad dexteras partes eodem modo. Et quum hujus in latere pars à*
* *rigore contracta fuerit, & sanguis in ipsa horruerit; ad alas, & cla-*
* *viculam, ac humerum concedit, & convellit, ac dolorem inducit.*
* *Eodem modo, & loci circa dorsum ab affixo ad latus humore pituitæ,*
* *& bilis percalescunt. Et quandoque dolorem locis infra latus exhibent:*
* *sæpè verò si ad inferas partes convertatur, dolorem per venas ad vesi-*
* *cam distribuit, multumque, ac biliosum æger mingit.*

Dolor hic pleuriticus in una, eademque parte fixus sæpissimè ma- 20
net (ponamus in sexta costa insidere) & ab initio usque ad morbi dissolutionem ibi radicem detinet; quamvis supra, vel infra, ante vel retro propagari soleat, & extendi. Primarium, & radicalem 21
istum dolorem, secundarios, & dependentes cæteros dicimus. Et 22
hinc est quod quandoque latus totum dolore affectum sentiant ægri; unam partem præ aliis affligi concipiant, ac in una dolorem primarium veluti centrum magis acutum afferant, à quo cæteri dolores veluti lineæ minus afflictivæ, minusque sensibiles deducantur: Unde

Hip-

Hippocrates Coac. prænot. *At totam unam partem dolentibus omnia juxta hanc partem dolent.*

23 Dolores quandoque in eodem latere plures primarii sunt, & radi-
cales; præsertim cum fuerit febris essentialis, & Pleuritis ejus sym-
ptoma: & sicuti in febri inflammatoria inflammationes vagantur de
una ad alteram partem transmigrantes: ex Angina ad Pleuritidem,
ab hac ad Peripneumoniam, ad Phrenitidem, & è remotiori loco
ad distantiorem ferè expatiantur; ita pariter & facillimè intra tho-
24 racicæ provinciæ limites de una in aliam partem excurrent; inde-
que dolor vagus, & in eadem parte haud semper immotus: V. g. va-
ricosa inflammatio circa costam octavam ad vasa intercostalia infe-
riora ingruit, post unum, aut alterum diem ad secundam, vel ter-
tiam ad intercostalia superiora, vel ad dorsum pleuræ principium,
uti dicunt.

Hinc observamus (quod notandum est) ægrotos quandoque eodem
tempore, & distinctissimè queri de dolore propè lateris sinistri co-
stam octavam, & de altero humerum dextrum versus, aut dorsum:
& interrogati ægroti quandoque distinguunt, cum dolor primarius
25 sit, cæterique ex eo pullulent: dolorem ex una ad alteram partem
penitus diffundi, eoque veluti dolorifica Zona cingi respondent. In
morbi decursu sæpius observavimus cujusdam partis dolorem dissol-
26 vi, nec amplius affligere ægros firmo altero remanente; interdum
uno successivè cedente altero ingruente: & cum febris essentialis
fuerit unico integro die, & forsan altero, thoracem dolore immu-
nem multoties notavimus; post tertiam diem in opposita parte, ac
remotiori alterum invasisse observavimus.

27 Admonendi sunt tyrones dolores vagos haud ab inflammatione
quandoque oriri; sed nervorum intercostalium, fibrarumque lateris
spasmodicam quamdam convulsionem potius esse; uti in scorbuticis,
hystericis, hypochondriacis etiam febri gravi affectis notavimus:
de quibus infra fusius. Nam hi dolores per tibias, renes, brachia,
abdomen quoque vagantur.

28 Dolorem primarium, ac radicalem omninò obscurari, & non
percipi contingit ob inflammationem ad summum auctam partes
penitus distendentem; adeò ut spirituum influxus ultra inflamma-
tionis circulum, & ad tumoris sedem haud irradiet; nervique ab eo
omnimodè compressi, veluti pars proscripta, & à consortio viven-
tium fere sejuncta, doloris ideam ad mentem haud transmittant: at
verò supra signum, & terminum partis inflammatæ spirituum influ-
xus à capite descendens repletis, & distentis vasis secus; ac inferio-
ribus nimirum habetur; distentionis, ac tractus acuti sensum reve-
hendo, doloris 5.3 ideam animæ percipiendam præbet: & sic dolor
qui prius secundarius erat ab altero pullulans vehementior erit, &
radicalis obscurato penitus illo, & obliterato. Quæ doloris meta-
morphosis vulgò à causa maligna passim pendere videtur; periculo
plena

plena plerumque est summam inflammationem indicans, ac sphace- 29
lum minatur: uti Hippocrates lib. pr. de morb. de tractu acuto ait:
* *Quum autem vena tracta fuerit (trahitur autem, ac convellitur à la-*
* *bore, & violentia) fit veluti varix. Percalescit autem, & trahit in*
* *se ipsam liquidam quamdam humiditatem, quæ est, ac pituita: &*
* *ubi mixta fuerint sanguis, & humiditas de carne, crassescit sanguis,*
* *& multipliciter ipse se ipso ea parte, qua vena convulsa est, & mor-*
* *bosior fit, & amplius stabilior. Et quum copiosior factus fuerit pleni-*
* *tudo ipsa transmigrat, quocumque tandem contigerit, dolorem indu-*
* *cit acutum, ut aliquibus videatur ruptio locum permutasse.*

Dolor iste pleuriticus juxta ægroti situm exacerbari solet; ut in- 30
flammata pleuræ parte sinistra super ea jacere soleant ægrotantes: si verò ad oppositum latus verti cogantur, aut cum intolerabili pæna, aut nullo modo id patrant; uti sæpissimè experti sumus Pleuriticos ad hoc experiendum hortando, qui nobis nequaquam assentientes summoperè horrebant; aut quidam constantiores tormento summo, clamoribus, ac lachrymis id egerunt, & pauca momenta super latere affecto sic cubantes clamando sese volutarunt. Spectaculum siquidem pietate plenum, & lachrymabile mortalium genus: cujus corporea machina sic male acta adeò morborum torturæ subdatur,
ut Anima nobilior substantia, ac Dei imago quam maximè excru- 31
cietur, & affligatur: Et nos ut doloris locum perquiramus, ægris
tormentum haud geminare desistimus. In latere opposito cubante 32
ægro dolor exacerbatur ex eo, quod latus affectum eminens, & à
strato ex quacumque parte elevatum, nec compressum ad respira- 33
tionem supplendam (quæ ex altero latere compresso, & impedito minuitur) magis dilatatur, ac extenditur; cum quo pleura adjacens unà agitatur, & distrahitur: indeque dolor augetur, & exacerba-
tur: imo affecto latere in superiori loco manente pulmones ob eo- 34
rum pondus versus oppositum latum facilius inclinantes pleuram inflammatam (cui per fibras adnectuntur, & superiora versus interdum adhærent) secum distrahunt, ac ferè dilacerant: geminato itaque tormento primario addito, triplici aculeo dolor miseros an-
git. Qui dolor vehementior est, si Pleuropneumonia aderit: in- 35
flammati enim pulmones ponderosiores evadunt, pleuram validius diducunt, & villos lacerant.

CAP. II.

De Febri continua acuta Pleuritidis signo.

SEcundum signum est febris continua acuta: vel est ex sua natura 1
talis, & essentialis, quæ modo superius descripto gignitur: quæ

à phleg-

à phlegmone pleuritico incrementum ſumit, & acutior evadit:
2 quippequæ duplicis tertianæ typum plerumque ſervat; pomeridia-
3 nis horis, & veſperi notabiliter exacerbatur, mediamque poſt no-
4 ctem remittere incipit. Quod & aliis febribus in genere accidit ex
aeris atmoſphæra ex ſolis declinatione minus agitata, & aperta, at
magis reſtricta, ac comprimente: ex qua cutanei pori quodammodo
occluduntur; unde perſpiratione magis læſa, reſilientibus effluviis
5 magis utique conturbatur homo, & febricitat: nec non afflictionis
incrementum habetur ab ipſa atmoſphæra magis premente, & irri-
tante fibram, quæ ulterius corrugata dolorem, ac febrem intendit;
donec tandem hac magis expanſa, & fibra pondere minus preſſa,
poris cutis reſeratis illa difflentur, & cruoris Oceanus detumere in-
cipiat. Quas Pleuritides in pluviarum, ac frigoris mutationibus
maximè exacerbari obſervavimus. ut lib. 2. Epid. Hippocrates ait:
6 *Autumno acutiſſimi morbi, & maximè lethales, univerſim ſimile ipſi* *
veſperi exacerbari, tanquam ipſo anno periodum habente morborum, *
ut dies morbi. *

7 Si verò febris ſymptomatica, & à Pleuritide ſit, continentis ſpe-
ciem, & acmaſticæ febris indolem uſque ad concoctionem plerum-
que oſtendit: nec adeò vehemens ſed veluti ſimplex, & non gemi-
8 nata apparet: neque in pulſibus tanta frequentia eſt, & celeritas,
quamvis veſpere quodammodo exacerbari videatur, ſed obſcuriori
modo, ac gradu minori: quæ febris ejuſdem tenoris, & pertinax
ferè obſervatur: & juxta ſanguinis miſſionis menſuram, aut morbi-
ficæ materiæ ſputum mutua æquitate minorabitur: aut ad perniciem
9 ducens haud ſtrepitoſo (ut ſic dicam) & abundantiori ſymptoma-
tum apparatu progreditur; ſed æqua, & ferè inexorabili pertinacia
ruinam minatur: quam febrem veluti inſidam, ac decipientem ty-
rones habeant. Ratio autem quare potius in illa, quam hac febri
10 exacerbatio major, ac vehementior ſit, habetur ex eo, quod in fe-
bri eſſentiali cum Pleuritide conjuncta (ut ſic dicam) morbus non
ſolum in parte, ſed in toto exiſtat, & affligat ſecus ac in Pleuritide
tantum primaria, ac incipiente; quamvis in hac ſanguis deinde
quoque morbidus fiat, & febrem adjungat, aut adaugeat.

CAP. III.

De difficili reſpiratione Pleuritidis ſigno.

1 TErtium ſignum Pleuritidis eſt reſpiratio difficilis, frequens, ac
parva, interdum magna: ob inflammationem enim, & dolorem
reſpirationis organa, & thoracis machina ſatis diſtendi nequeunt,
ac con-

ac convulsione ferè tonica tenentur, & angustantur; unde inspiratio præsertim, quæ dilatatione efficitur, à Pleuritico cum pæna efformatur: quoniam adversus angustiam à dolore, phlegmone, ac tussi ortam, & ad auram vitalem captandam dolore admodum excedenti summoperè contraniti deberet ægrotus, si justam, ac naturalem expansionem exquireret: cui ut minori incommodo æquipolle- 2
ret, magnitudinis vice frequentiam præstat; & sic aer, qui pleniori flumine, & rarius prius hauriebatur, tenuiori unda, ac sæpius deinde ebibitur. Respectu ejusdem cruoris, qui ob suam naturam hacte- 3
nus lentescens est, & ob pulmonum vasorum quamdam angustiam, ac ex consensu ob crispationem frequentia quoque augetur: ad quem 4
exantlandum, intridendum, ac fluitandum reiterata, & frequens respiratio exigitur: uti in Pisistrato, qui stertebat in faucibus, & Hippostene luctatore.

In praxi semper notetur respiratio: quæ in permanenti Pleuritide 5
vera, & non vaga (etiam si cætera symptomata vagentur, & varient) cum aderit phlegmonosus tumor, quodammodo semper vitia- 6
bitur; præsertim si pleura læsa pulmones, & alia instrumenta simul inflammentur, quamvis in Peripneumonia difficultas spirandi major sit, quam in Pleuritide, uti infra dicemus.

CAP. IV.

De pulsu duro ac frequenti Pleuritidis signo.

QVartum signum est pulsus durus, ac frequens, parvus inter- 1
dum, & quandoque magnus. Durus fit pulsus ob fibrarum 2
arteriæ motricum quamdam attractionem, ac crispationem: quandoquidem pulsus haud à sanguine tantum à corde impulso provenit, & à sola ejus vi arteriis communicata; verum ab ipsis arteriis quoque 3
efficitur mediantibus eorum musculosis membranis, ac motricibus fibris intertextis. Ex tumore enim phlegmonoso arteriæ convelluntur, ac reducuntur: quæ insuper à sanguinis pleniori gurgite per eas magis excurrente, quam per venas (impedito per inflammationem refluxu) ultra mensuram replentur, dilatantur, ac decurtantur.

Ex spirituum tumultu Pleuriticorum pulsus præsertim immutatur: 4
in quibus juxta doloris variationem, & excessum valdè obscurari in- 5
terdum observamus; crispatis præsertim nervis, arteriarumque fibris, partium jis contiguarum (ut sic dicam) arcuatis, & tumefactis arterias ipsas occultantibus, & in penetralia ferè abscondentibus; uti in magnis ventris doloribus colicis passim notare licet, in quibus ægrorum pulsus non modò ferè obliterantur, at corpus eorum

frigidum fit: qui pulſus hyſtericis ex nervorum fibrarum reductione
veluti tonico motu affectis accidunt.
6 Ex hoc evenit quod Pleuriticis poſtquam ſanguinis miſſio celebra-
7 ta fuerit, pulſus, qui prius parvus, & depreſſus ferè latebat, gran-
dior, & magis elevatus deinde evadat: ex ſpirituum difflatione unà
cum ſanguinis, & ſucci nervei eductione ex inciſione phlebotomo
facta, arteriarum fibræ prius tonicæ, nervulique alii relaxantur,
ac cæteræ partes contiguæ ſimul detument: & ſic pulſus, qui in pro-
fundo percipiebatur eminet, & exultat: uti fuſius dicemus Cap. de
ſanguinis miſſione.
8 Pleuriticorum pulſus (eò magis ſi dolor nimium urgeat) nec adeò
frequens, & celer interdum adeſt, uti requireretur: & quamvis
durum, parum verò à naturali ſtatu aberrantem obſervemus, etſi
ingenti febre teneretur æger, quæ aliis ſignis, lingua 5.3 nimis ari-
da, ac ſicca, calore exceſſivo, & anxietate nimia arguitur; poſt
9 dimidiam horam relaxante quodammodo dolore palam fit pulſus;
vireſque ſuas exerit longè frequentior, & celer apparens. Hujus
phænomini cauſam emanare duco ex nimia ſpirituum perturbatione,
ex qua ipſorum tubulorum ferè tonica convulſio naſcitur; unde
contraniti, ac pulſare cogantur arteriæ: illa nempè remoram præ-
bente hæ, eo modo; quo poſſunt, 5.3 minus frequenti neceſſarium
ſanguinis circuitus munus explent: ob dolorem enim ingentem,
ad pleuræ affectæ occurendum major ſpirituum acies excurrit; eo-
rumque geminato ad eam influxu, ſpirituum copiæ ad cor pulſan-
dum, ac arterias adſcriptæ, ferè decimato, ac diminuto numero,
blandiori gradu, & minus præcipiti ad ea pervadunt; unde pulſus
ferè placidus interdum appareat parum à ſuo naturali declinans.
10 Et hinc curioſè notandum ſit capite affecto, cerebrique meningi-
bus inflammatis hunc veluti connaturalem, paululum durum, &
frequentem plerumque nos obſervare, quamvis capitis dolor perti-
nax, ſemperque fixus maneat, vigiliis, ſiti, cæteriſque graviori-
bus ſignis concomitantibus: quemadmodum de Hippoſtene luctato-
re ex Epid. dicemus, qui juxta Hippocratem: *quinque autem dies nunc*
11 *ſapiebat, nunc non & fiebat ſine febre*. Quemadmodum ſi vas quod-
dam pateat aqua ſemiplenum, cujus propè finem, & in calce epiſto-
mium ſimiliter aperiatur; ſi quiſquam contentam lynpham per tu-
bulum illum exiguum jamjam elapſuram patulo ligno velociter, ac
frequentiſſimè agitet, & conturbet; aqua in ſucceſſivos, ac nun-
quam deficientes vortices ſic circumacta per canalem illum parum,
aut nihil excurret, juxta majorem, vel minorem agitantis, & cir-
12 cumrotantis velocitatem, ac robur: ſic etiam ex dolore ingenti ſpi-
rituum æquor in cerebello expatiatum maximè conturbatur, & cir-
cumagitur; ex quo ſpirituum influxus ad nervorum fiſtulas cardia-
cas, cæteraſque arteriatum apertas deſtinatus, veluti ſemiſuſpen-
ſus, & à ſuo tramite ferè declinans, ac retinens pulſum neceſſitati

im-

imparem efficit: remittente itaque dolore tranquillior, & plenior ſpirituum unda manat, ejuſque pars ad cordis, ac arteriarum veluti molendinum per fiſtularum anguſtias facilius pervadit, & labitur.

CAP. V.

De tuſſi Pleuritidis ſigno.

QUintum denique ſignum tuſſis: quæ Pleuriticis valde moleſta eſt, & quæ initio morbi abſque trachealis materiæ, ac ſangui- 1
nis excretione plerumque ſicca eſt (uti Anaxioni, & Hippoſteni lu- 2
ctatori accidit) & ſiquid excernatur, paucum, ac nimis tenue, & lymphaticum eſt: quod veluti inutile tumori deplendo haud conducit: & ſalivaris eſt materia illa, quæ prompta tuſſi reperitur, & ejicitur. Tuſſis hæc ex eodemmet phlegmonoſo tumore provenit; na- 3
tura enim oppreſſa uti moleſtum, ac præternaturale expellere ſatagit (vulgaris ſermo eſt) at id ex eo accidit, quod præ tumore ſpiritus ferè ceſpitante reſiliant, & quaſi reverberentur: ex quo mutuo, ac petulco motu fibrillæ eorum ductus (præſertim eæ, quæ membranam exteriorem tracheam inveſtientem ea parte ſpecificè, quæ gulam reſpicit, & ab ipſa pleura oritur, intertexunt) concutiuntur, ac dimoventur: & thorax ipſe adeò contrahitur, & anguſta- 4
tur, ut trachealis fiſtula in ſuos annulos adaptata, & adducta contentum aerem in laryngis caput impetu repercuſſum foras ejiciat; & ſic tuſſis oboritur. Quæ tuſſis ſicca in toto morbi decurſu interdum 5
haberi ſolet, ut ſuperius diximus ex lib. pr. de Morb., quamvis æger evadat, evacuata pleuritica materia per venæ inciſiones, reliqua parte lateri infixa aliter diſcuſſa, & ſoluta: & hæc tuſſis in principio quoque humida fit; cum cruor præ tuſſis vehementia, ac arteriarum diſtentione excernitur.

Eodem modo tuſsis humida fit, cum morbus jam ſubigi inceperit: 6
& jam ſubacto ſub quacumque forma tracheali, hæmoptoica, ſeù cruenta, vel empyica, materia pleuritica tracheæ tunicam internam vellicando, ac irritando fiſtulam hanc, & conſentientem thoracem ad ſe ipſam exprimendam, ac ejiciendam cogit: quæ tuſſis cum nimia hujuſmodi materiæ copia aperta vulgò dicitur: aer 7
enim ex trachea expreſſus cum ante ſe ipſum materiam hanc offendat, veluti è profundo, & retro eam adveniens, ipſamque obicem jam ultra laryngem in os ex anguſtiori ductu uti in ampliorem aream perducit; & ſic ipſe in apertius veluti antrum diffringitur, ac in pleraſque partes ferè diſtracta foras erumpit.

CAP. VI.

Ex quinque signis allatis pulsus, & dolor Pleuritidis signa magis propria videntur.

1 QUinque ista signa superius posita quamvis affecta pleura sæpius reperiantur; attamen haud propria, ac pathognomonica habenda sint, ut alii cogitarunt; quatenus ipsa convertibiliter (juxta scholas loquendo) adsint; è contra apparentibus istis Pleuritidis reperiatur: quorum quædam Pleuritidi, Peripneumoniæ, cæterarumque thoracis partium inflammationibus magis communia sunt: quædam verò magis propria Pleuritidi, & distinctiva, quatenus alteri inflammationi conveniant: prioris census sunt febris acuta,
2 difficultas spirandi, ac tussis; posterioris verò pulsus durus, & dolor acutus.

3 Et primo pulsus durus signum indivulsum est inflammationum omnium, præsertim internarum ex communi Medicorum sententia etiam Recentiorum: & quamvis in una parte inflammata potius, quam altera durior, vel respectivè mollior appareat (à naturali statu lineam ducendo) duritiem quamdam ultra naturalem mollitiem
4 semper percipiemus: & sic in Peripneumonia licet pulsus respectu aliarum inflammationum non adeò durus, ac tensus videatur; revera tamen quodammodo in se durior manet: & quamvis in Perip-
5 neumonia vasa pneumonica, arteria præsertim pulmonaris haud sint rami arteriæ aortæ neque descendentis, neque ascendentis trunci; unde arteriæ in manuum carpis, aut quacumque alia corporis parte ab eorumdem inflammatione immunes maneant, & vena, & arteria pulmonum cum jis haud communicentur; idcircò pneumonicorum vasorum tensionem in cæterarum arteriarum pulsu haud observandam esse vulgò dici posset; Nos verò è contra tensionem, ac duritiem quamdam etiam in his à pneumonicis vasis arteriæ aortæ ramis segregatis observari fatemur: quia hæ arteriæ extra pulmones immediatam connexionem adhuc retinent cum aliis sanguiferis vasis, cum arteria 5 3. bronchiali per bronchia, totamque pulmonum substantiam ad eorumdem nutritionem distributa: quæ arteriæ magnæ descendentis trunci ramus siquidem est: qui rursus respectu cæterarum parvus est, parvamque quoque aliis duritiem communicat.

Præter quod inflammatis pulmonibus fibræ, nervique, ac omnes eorumdemmet partes cum remotioribus consentientes convelluntur,
6 & attrahuntur; distantiores quoque unà coafficiuntur. Pleuriticorum, & Peripneumonicorum cruor veluti Rheumaticorum lentescit, & crassamentis imbutus excurrit: & licet in cæteris arteriis gradum stagnationis æqualem haud producat, uti in pneumonicis

vasis,

vasis, ut inflammatio dici possit; verumtamen in aliis quoque vasis
extra pneumonica ultra naturale signum quodammodo remoratur:
& licet in iis distentionem summam, ac inflammationem non pro-
ducat; verum suo modo eas distendit, & convellit cruor ex arteriis
ad venas præcipuè permeans, & cespitans.
Proculdubio, cùm pulsus nimis durus, ac tensus appareat, uti 7
rusticis, veluti magna fidium chorda dura, & tensa manum tangen-
tis vi, & fortiter repellens; cæteris recensitis signis concomitanti-
bus Pleuritidem potius, quam Peripneumoniam morbum esse existi-
maverim. Summa igitur regula erit, quo durior, & magis tensus
est pulsus de pleura præ cæteris partibus de mediastino, septo trans- 8
verso semper suspiciendum sit. Durities etiam in ipsa Pulmonia ple-
rumque accidit; quia utplurimum febris inflammatoria est, & ferè
in toto sanguifluorum vasorum genere stagnatio est quæ fibram pre- 9
mit, & reducit, quamvis pulmones ipsi specificè sint inflammati:
in quibus vasis in ipsa Peripneumonia essentiali morbo crescente
cruoris interceptio successivè habetur: unde fibræ pressæ, & contra-
ctæ duritiem illam parere valeant: quibus adjungitur non solum
bronchialis arteriæ, ac venæ conspiratio; sed fibrarum omnium
pulmonum, & membranarum ejus & si confusus consensus.
Dolor lateris acutus, & punctorius magis proprius Pleuritidi cre-
ditur. Ex pleura quippe inflammata distenta, & tracta dolor acu- 10
tus semper percipietur; nisi (ut alibi diximus) tumor adeò increve-
rit, ut undique comprimerentur spirituum ductus, vel mens aliò ten- 11
deret ut doloris idea haud perciperetur: tamen verò dolor iste ut in-
fallibile signum (etsi alia symptomata adsint) Pleuritidem indicabit:
inflammatis etiam pulmonibus præcipuè ea parte, qua pleuræ ne-
ctuntur, eam trahentibus, ac diducentibus dolor acutus insurget: 12
qui sub scapulis, & ad claviculam, & ad mammam præsertim erit;
ut infra dicemus ex Hippocrate tamen verò notandum quod si dolor 13
sit nimis acutus, & veluti perterebrans in latere sub mammis præci-
puè, de Pleuritide ferè certitudo est: qui dolor acutissimus pleuriti- 14
cus non ita frequenter accidit: quod ex longa observatione dicimus:
& multoties vel est ipsa Peripneumonia, vel plerumque musculorum
inflammatio; cùm sæpissimè in praxi obtusus, & gravativus est. 15
Quemadmodum ex lympha, latice, vel bili nimis acri in pleura 16
deposita; vel ex spasmodicis contractionibus ex quacumque causa
obortis dolor lateris acutus etiam absque febri sæpius contingere so-
let; ita pariter, & facilius febre acuta permanente absque eo, quod 17
inflammatio jam efficeretur, adesse quibit: particulis cruoris sali-
nis, acutis, lymphæque acribus, & rodentibus tumultuariè vagan- 18
tibus si earum portio in membranaceas, nervosasque partes impin-
geretur, dolor punctorius, & vehemens nasceretur: quæ molecu-
læ acutæ, & salinæ veluti in febri morbillosa genium petulcum jux-
ta Drelincurtium habentes facilius quoque defiguntur, & amoven-
tur;

19 tur; indeque vagus dolor, & inconstans nascitur. Nec inficias ibo,
si dolor iste diutius permanserit, & febris, quæ inflammatoria erat,
materiam inflammantem in latere jam radicaret, veram, ac genui-
nam inflammationem indeque produci. Observandum idcirco eum
20 dolorem sex, aut septem horas, & ferè integrum diem permanere,
21 & deinde aboleri: si verò hoc tempus excedat, ac perseveret, in-
flammationem jam peractam esse plerumque timendum est; præser-
tim si febris intendatur, & consueta remissionis hora prius signum
22 haud servet, & acuta videretur. Heurnius ait se secuisse Pleuriti- *
cum immmani delirio abreptum, cui nihil in meninge, nihil in *
toto corpore phlogosis notari potuit. Et dolor hic (inquit) à ma- *
teriæ mole sæpè non magna ortum habere potest.

CAP. VII.

De quibusdam aliis Pleuritidis signis precipuè rigore & horrore.

1 Pleuritis rigore, & horrore sæpius invadit: uti Hippocrates plu-
ribus in locis præsertim lib. 2. de morb. §. 40. *Pleuritis ubi* *
corripuerit febris, & rigor tenet. Et lib. 4. ib. *Quum Pleuritis ap-* *
prehenderit, hæc patitur, dolor lateris, & febris, & horror tenet. *
2 Rigor enim membranarum præcipuè affectus est, earumdemque
crispatio, & oscillatio præsertim pleuræ præ cæteris densæ super os-
sa nimis distentæ ut primo de morb. §. 23. *Et quum latus natura car-* *
ne nudum sit præ omnibus corporis partibus, & non sit quidpiam in eo, *
quod renitatur præter ventriculi cavitatem, maximè rigorem percipit. *
Cruor enim lentescens, ac veluti coagulatus vasa, & partes præser-
tim membraneas premendo veluti acutum tractum inducit; quæ
convelluntur, & contrahuntur. Qui rigor adeò excedens interdum
3 est, & Pleuriticos maximè conturbat, ut unà complicentur vomi-
tus, diarrhæa, cæteraque corporis œconomiæ conturbationis signa
occurrent: & juxta cruoris majorem, vel minorem densationem,
4 & membranarum distentionem, ac diductionem rigoris gradus,
horror, ac tremor nascitur lib. de morb. §. 22. *Rigor autem* (inquit) *
in morbis fit quidem, & ab externis ventis, aqua, serenitate sub dio *
degentibus, & aliis hujusmodi: fit autem & ab ingestis cibis, ac poti- *
bus: maximè verò, & vehementior fit, quum bilis, & pituita san- *
guini fuerit permixta; aut altera ex his, aut utraque; magis tamen *
si pituita sola permixta fuerit: est enim pituita frigidissima ex natura: *
frigidior est etiam aliquando bilis sanguine: quum igitur hi humores *
ambo, aut alter solum permixti fuerint sanguinem ipsum congelant; *

* *non*

* *non tamen omninò : neque enim vivere poſſet homo, ſi ſanguis denſior,*
* *& frigidior ſe ipſo multis modis fieret : frigeſcente igitur ſanguine ne-*
* *ceſse eſt & reliquum totum corpus perfrigerari, & ubi hujuſmodi quid*
* *factum fuerit, rigor appellatur : & ſiquidem vehementior fiat rigor,*
* *vehementior eſt etiam tremor. Nam dum contrahuntur venæ ſanguine,* 5
* *& coacto, & congelato corpus & contrahunt, & tremere faciunt ; ſi*
* *verò minus aliquando ſanguinis coactio fiat, hoc rigor appellabitur :*
* *horror autem dicitur debiliſſimus rigor.* Ex quibus habetur quod ſan- 6
guis congelaſcens inſpiſſatus, & craſſus non modò frigus, & rigo-
rem inducit ; quatenus negativè ſe habet haud emittendo (uti de- 7
beret fermentatione magis aperta) partes, moleculaſque nimis mo-
biles, elaſticas, ac ſpirituoſas ; ex quibus calor, & accenſio vivifi-
ca corpori præbetur ; verum inſuper ſua craſſitudine, conglobatio- 8
ne, & congelatione (quibus verbis Hippocrates promiſcuè ſæpè
utitur) torpeſcendo, vaſa, tubuloſque ſuos, & adjacentia loca
veluti inferciendo, magiſque premendo, & diducendo ; unde
membraneæ fibræ præcipuè à ſuo innato tono quodammodo diſtra-
ctæ ad ſeſe recolligi nitentes, & carnearum fibrarum incolis ſpiriti-
bus in ſubſidium concitis, & evocatis tota machina ferè primariò
contrahitur, & rigeſcit : nam ut Hippocrates ait. *Contrahuntur ve-
næ ſanguine coacto, & congelato corpus & contrahunt, & tremere fa-
ciunt.* Et quamvis Hippocrates in hoc §. de rigore in febribus in ge-
nere potius loqui videatur ; in ſequenti §. de Pleuritico plura dixit.
Tamen Hippocratica mens in hoc ſenſu aperta noſtræ ſententiæ ma- 9
gis arridet ; admittendo verò quoque alterum rigoris modum, va-
riamque cauſam, quæ priori opponitur : Ex nimia enim efferve- 10
ſcentia, & ſanguinis fermentatione, ejuſdemmet cruoris maſſa ma-
gis ſoluta, & aperta vaſa plethora apparente (Etmulleriano verbo)
ſaltem replentur, & diſtenduntur ; eorumque parietes premuntur,
ac diducuntur ; fibræque eorum præſertim in thoracis regione poſitæ
oſcillant, & criſpantur. Qui rigor Pleuriticis præſertim juxta ver, 11
* & æſtatem accidit : nam eo tempore (ut ſydhenam ait) ſanguis
* à nova ſolis vicinia excalefactus in efferveſcentias, & inordinatos
* motus effrænatus ruit, temperamento ſanguineo præditos præ re-
* liquis aggreditur, ſæpè etiam ruſticos, & duro jam fractos mem-
* bra labore : à rigore plerumque, atque horrore Pleuritis orditur.
De cujus rigoris genere ſimili ferè cauſa oborti loquutus fuiſſe mihi
* videtur Hippocrates lib. primo de morb. §. 23. cap. proprio de Pleu- 12
* ritide. *Pleuritis quidem fit* (inquit) *quum potiones acervatæ, &*
* *fortes valdè corripiunt ; percaleſcit enim totum corpus, ac humectatur*
* *à vino : maximè autem & bilis, & pituita percaleſcit, ac humectatur.*
(humectari hic intelligimus ſolvi, propriéque fundi humorem, pitui-
* tam, &c.) *& ſanè his commotis, & humectatis continget ut rigor invadat*
* *ebrium, ſive ſobrium : & quum latus natura carne nudum ſit, maximè ri-*
* *gorem percipit.* Ex turgeſcentia enim cruoris ex meracioribus potio- 13
nibus,

nibus, ac nimiis, vel ex quacumque alia causa acri, & dissolvente oborta, & adaucta *spatiosiorem cavitatem* (ut superius diximus ex Hippocrate) vasa sortiuntur, quæ distenduntur, ac diducuntur; unde eorum crispatio, & rigor, qui in qualibet parte interna, vel externa vellicata insurgit. Quæ sanguinis repletio humorum fusione adaucta præ cæteris corporis partibus circa latus ambigitur; & humor chylaceus, ac crassior, qui per majora, & ampliora vasa prius dumta-
14 xat obvolvebatur, fusus deinde, & liquefactus angustiora lateris vasorum vada permeans, iisque præ aliis distentis, minusque cedentibus contractis congelascens, & coactus immoratur: unde Hippo-
15 crates subjungit: *Et quum riguerit, & perfrigeratum fuerit, tum* *
caro, quæ est in latere, tum venæ contrahuntur, ac convelluntur. Ex *
16 quibus verbis concipimus, quod latus prius rigescat, deinde perfrigeretur; quasi ex rigore, & lateris contractione intercipiatur cruor, congeletur, & cogatur: & summa rei denique est Hippocratem lentescentiæ sanguinis potius, quam ejusdem simplici frigiditati rigo-
17 ris, horroris, & tremoris causam tribuere; vel mens Hippocratica in hoc §. potius unisona est ei, quod habet lib. 4. de morb. §. 25. ubi ait: *Verum in turbatione spatiosa cavitate evadente secretus humor distrahitur, & calefacit corpus, aut aliqua corporis parte firmatus una cum alio humore, cum quo est in alio loco dolorem, & calorem efficit.*
18 Ex potione igitur meraciori, ac abundanti cruoris massa veluti spiritu tacta conturbatur, & tumultuariè agitur; forsan illa fibras, ac spiritus commovendo, & irritando, aut sanguinem immediatè confundendo cruorem ipsum concutit, & nimium aperit: unde ejusdem unctuosa, gelatinosa, & chylacea massa humectata, & fusa serosum laticem à se dimittendo inter sese magis conglobatur & restringitur; vel ex ejusdemmet dilatatione, & fermentatione *capacitate*
19 *vasorum spatiosiori evadente* crassamenta sanguinis, quæ prius cum cætero cruore promiscuè, & confusè excurrebant (ut ib. ait Hippocrates: *At verò ante turbationem non habet multus humor, quo procedat; sed sursum, ac deorsum volvitur, & distrahitur alii humori permixtus; omnia plena sunt*) deinde segregantur, ac se invicem amplectuntur: unde pars butyracea, & crassior, & ut sic dicam, Hippacica ad tubulorum tenuium angustiora vada perducta præsertim ea, quæ in thorace sunt, immorabitur, & cogetur: indeque premendo, ac diducen-
20 do vasa rigorem pariet. Et indubium est quod vini meracioris potus, & acervatus, sicuti ejusdemmet vini spiritus rectificati, quamvis cruoris massam initio dissolvere videatur, in coagulum eam tandem
21 redigere conetur. Spiritus ipse vini ferè immediatè, & propriori tramite cruorem figit, & in grumos reducit: præter innumera experimenta legantur secunda, & tertia Baglivi dissertatio de experim. Anat. pract. de spiritus vini coagulatione: cujus verba in corollario subsequenti sunt: In pulmonibus namque cum ex universo corpore
22 refluens sanguis continuè, & copiosè inundet; nil mirum si vini spiritus

ritus in magnum illum sanguinis Oceanum per venam jugularem de repentè infusus eumdem illico coagulaverit, & subitaneam mortem animali intulerit; nam vini spiritus albumen ovi ingenter coagulat; idem ore detentus salivam condensat glutinis instar. hæc ille.

Hinc animadvertendum quod ut Pleuritis fiat, & rigor insequatur, cruoris massa in vasis minoribus saltem cogenda sit; ibique ea immorando fibras distendat, ac contrahat. Et sic denique textus hic superiori cohæret; quamvis in utroque rigor à varia, & opposita causa prima fronte oriri videatur; cum revera utrobique haud dissimili modo contingat. 23

Hæcce me scribere, & lectorem legere haud pigebit: ad tollendam textuum confusionem, ac notam magno Hippocrati à Galeno, & aliis inustam id facio: immeritò enim, ac phantasticè hi eum reprehendunt veluti varium, sibique contradicentem, suorumque immemorem. Nam quæso incomparabilis ille senex, & juxta, Senecam Medicorum maximus quicquid alta mente repositum habuit, nobis artis. pueris scriptum reliquit: at nos id haud rectè intelligimus, aut capere nolumus nostra pervicacitate detenti, & nostris phantasticis opinionibus præjudicati: & quod ipse dicit, veluti dissonum miserè respuimus. Hippocrates post tot sæcula semper magnus, ac unisonus est; quia Naturam ratione est prosecutus, & rationi Naturam haud pedissequam censuit: ea, quæ ei obvenerunt, incorrupta fide absque verborum ambagibus, & sine fucis exposuit: causas, rationes, mentemque suam jis passim adhibuit. Multiplex morborum genus est: variæ eorumdemmet causæ: innumeræ quoque ipsorum Ætiologiæ, modique plures: varia, & diversa ipse quoque refert; variaque contemplatione ea est perscrutatus, juvenis aliter, ac senex. Minimè verò sibimet oppugnat: at nos ejus sensum cortice eradendo tantum, haud enucleamus. 24 25 26 27 28

Rigor itaque in Pleuritidis diagnosi maximè perpendendus sit; ut proprium ejusdem veræ signum à Baglivo habeatur: adeòut si ipse absit, Pleuritis vera non sit, sed spuria: quæ verò proprio capite examinabimus. Rigor procul dubio, non verò quicumque levis, sed gravis, & notabilis in febrium exordio, quæ synochorum instar è limine apparent, mihi suspicionem illicò præbet: Pleuritidis igitur præconem rigorem habeo. Et quamvis absque rigore Pleuriticos fieri observemus ingruente simul dolore cum febri, si rigorem veluti indivulsum Pleuritidum signum velimus; dolorem ipsum (ut verbo dicam) quamdam rigoris speciem molestiorem, vehementiorem, ac nimis ferocem esse autumamus: vel in dolore ipso rigorem contineri fatemur, etsi obscurior sit, & minus apertus. Dolor enim, & rigor membranearum partium affectiones sunt, & irritamenta: vel rigor ipse doloris vera echus existit: uti sæpius observamus dolori abdominis hominem affligenti rigorem molestum quoque respondere, ac veluti geminata cruce ægrum vexari. 29 30 31 32

33 Præter hæc signa, alia communiora Pleuritidem indicant. facies insigniter rubet: oculi turgent: facies itidem est inflata. Caput nimis dolet: agrypniæ; sitis intensissima: & denique ea omnia interdum conspicua sunt, quæ cruoris remoram, ac lentescentiam arguunt.

CAP. VIII.

De Pleuritidis minus propriæ differentiis, & signis, & primò de Pleuritide ex dorso.

QUi rectè distinguit proximus est veritati: & lolium à frumento ni secernatur, farina deinde prava habebitur. Idcirco post veræ Pleuritidis, & propriæ signa tradita reliquum est ut cæterarum inflammationum, & notharum Pleuritidum differentias, ac distinctivas regulas præbeamus: & primo

Pleuritis quamvis plerumque fit. cum ad sinistrum latus circa mammas præsertim, & sub jisdem pleura inflammetur, ibique dolor percipiatur, etsi tussiente ægro hic ad spatulas, vel propè eas quandoque respondeat; sæpè verò ab ea juxta diversum inflammationis situm distinguitur. Præ cæteris notabilis est illa, quam lib. 4.
1 de morb. affert Hippocrates, & hæc signa præbet: *Pleuritis ad dor-* *
sum in tantum ab aliis differt, dorsum dolet velut ex plaga, & suspi- *
2 *rat, & acervatim respirat: statim autem spuit pauca, & corpus dela-* *
xatur. tertia, aut quarta die saniem mingit subcruentum. Moritur *
3 *autem maximè quinta die; sin minus septima.* Quæ Pleuritis igitur *
gravissima est, & penes Auctorem rumosa; tamen per id quod scio,
4 hanc veluti duram, cæcamque syrtim etsi tumidiora ingenia præterlabuntur, & declinant: ac tanquam non foret nec minimè tangunt. Hoc Pleuritidis genus nos quoque Hippocrate docente observavimus, ejusque verba adnotando; quod dolor sit veluti ex plaga.
5 Dolor enim in dorso accidit non pungitivus, & acutus, sed remissior, & obscurus ut mihi percunctanti respondebant ægroti eum veluti ex profundo spinæ emanare.

Qui dolor in dorso interdum acutus est; quandoque valdè acutus: ut ib: ipse subjungit: *Cæterum quibusdam Pleuriticis saliva quidem pura est, mictio autem cruenta, velut serosa à carnibus assatis sanies: do-*
6 *lores verò acuti per spinam ad pectus, & ad inguen tendunt:* Et paulò
7 inferius: *Quibus autem statim sputa varia, & dolores valde acuti hi tertia die moriuntur.*
8 Ex quibus indaganda est dolorum ista diversitas, eorumque varia Ætiologia. dolor enim interdum in eadem parte alteri ferè opponi videtur.

Prior

Prior Pleuritidis species cum dolore veluti ex plaga, cæterisque
symptomatibus descripta potius est Mediastini inflammatio ea præ- 9
sertim parte, quæ dorsum respicit. Mediastinum pleuræ soboles est:
nam postquam pleura circa dorsum orta per latera ad sternon ascen- 10
derit, rursus ad spinam tendens recta à medio pectore ad dorsum
porrigitur juxta notationes Anatom. Quod cum sit tenuioris, ac
mollioris substantiæ, quam pleura, & circa vasa non rarò adipe,
referta sit instar omenti: inde dolor obtusior, & veluti ex plaga, & 11
ex profundo emanat: quemadmodum inflammato mediastino parte
anteriori sterni dolor non adeò acutus, & vehemens percipitur, ut 12
in latere: uti passim occurrit.

Ad cætera symptomata in eodem textu notata explananda juxta
Barth., ac alios præclariss. Auctores quædam de vena sine pari sint
præmittenda. Vena Azygos sine pari dicta insignis supra cor, quæ 13
ex cavæ parte posteriori oritur, & per dextram thoracis cavitatem 14
descendit, post ejus initium inter quartam, & quintam vertebram
thoracis nonnihil dextrorsum, & sinistrorsum reflectitur usque ad
octavam, vel nonam thoracis vertebram, ubi plani medium occu-
pare incipit: quæ interdum statim ab exortu recta supra medium
spinæ descendit, & utrinque ramos dimmittit: ex qua vena rami 15
intercostales utrinque mittuntur ad intervalla octo inferiorum costa- 16
rum, qui per anastomoses alicubi hinc inde junguntur cum ramis 17
thoracicæ inferioris à Basilica ortæ: & cum arteriis intercostalibus
propè costam octavam dividitur in duos ramos; quorum unus major
ad sinistrum sub diaphragmate descendit, & inseritur modò in ca- 18
vam supra, vel infra emulgentes, modo in se ipsam emulgentem;
altera rarò in emulgentem.

Ex quibus concipitur quam sit vitæ necessaria hæc vena: quæ to- 19
tius ferè thoracis principalioris ventris cruorem ad cor revehit: &
per eam quarta ferè sanguinis pars ad illud refluit.

Idcirco inflammato Mediastino dorso alligato ex partis affectæ tu- 20
more truncus iste venæ cavæ sine pari facilius comprimitur: unde
œconomiæ humanæ totus fere corruit ordo. Ex impedito enim san-
guinis refluxu in notabiliori vase, in toto corpore successivè quoque
retardatur: indeque laxitudo illa, quæ statim hominem invadit,
maximè oboritur. compressis enim ubique nervis, spirituumque 21
ductibus ex remorante sanguine; seroque diffluente solidorum to-
nus ferè laxatur: & pauca, & serosa expuit æger. sanguis inferiori
parti plurimum impenditur, adeòque caput vitali ejus influxu valdè
orbatum spiritus pro cordis motu substinendo impertiri haud potens
fit; ut utrumque titubare, & deficere necesse fuerit. Ex cruore pa- 22
riter stagnante eum veluti suffocante suspiria fiunt. Et ad exantlan- 23
dum interceptum cruorem vasa quæcumque prementem (uti in sum-
mo agone) acervatim, tumultuariè, ac festinanter respirationis
negotium efficitur. Tertia aut quarta die cum propè moriturus sit

æger relaxatis admodum naturæ habenis, ac cruoris coagulo ad distantiora successivè accrescente; præsertim emulgentibus (venæ Azygos ramo) consentientibus oppletis, arteriæ sociæ laticem san-
24 guineum fundunt; uti per tracheam, & fauces educi solet ut superius diximus. Quæ omnia probantur ex jis, quæ Richard. Louver habet tract. de Corde. Ut autem (inquit) venæ cujuspiam mi- *
noris licet compressio sanguinis motum inhibendo aliquantulum *
25 alterat; ita quò plura, & majora eorum vasa obstructa, aut con- *
stricta fuerint, eò præsentius cordi periculum impendit. & sicuti *
26 aortæ paulo supra diaphragma compressio sanguinem toti corpori *
debitum, & omnibus simul vasis quantitate proportionatum in *
partes solum superiores congerendo caput ipsum, & cor obruit, *
27 & pessundat. Ita si vena cava paulo supra diaphragma in dextro pe- *
ctoris latere, ubi trunco ab omnibus partibus distincto, & discon- *
tinuo versus cor incedit, adeò arctè ligetur ut sanguinis per illam *
affluxus prorsus supprimatur, dici vix potest quanto animalis de- *
trimento hoc fiat: quippe licet ab injecta væne ligatura nullum do- *
loris, aut cruciatus sensum corporis contentione, aut ejulatu fa- *
28 tetur, mox tamen adeò oblanguere, & fatiscere incipit, ut pedi- *
bus vix stare possit: quin & non tam procumbere, quam in ter- *
ram ruere, & concidere semel vidi ferociorem molossum non ali- *
ter, quam si vita omnino destitutus esset. *
28 Ex simili fere compressione, quæ fit ex nimium inflammatis pulmonibus, unius lateris partis resolutio accidit: explicatur inde tex-
30 tus ille admodum difficilis Coac. prænot: *siquidem igitur aortæ appel-* *
latæ (sub qua subintelligo quoque hic venam azygon) *utrinque ap-* *
31 *pendentes pulmonis partes, valdè inflammatæ sint, ut ad latus assi-* *
deant, ac corporis parte resolvuntur, & livores fortes circa costam ha- *
32 *bent. hos autem veteres ictos, sive syderatos vocabant. Si verò non* *
valdè inflammatæ sunt, ut non assideant; dolor quidem fit per totum, *
non tamen resolvuntur, neque livores habent. Quibus verò totus pul- *
33 *mo inflammatus fuerit unà cum corde ut ad latus allabatur hi toti resol-* *
vuntur, & jacet æger frigidus sensus exors. Moriturque secunda, aut *
tertia die. *

Secunda Pleuritidis species ex dorso, quæ propria Pleuritis est ex
34 pleuræ principii inflammatione, quæ oritur à tunicis, quæ nervos intercostales è spina dorsi egredientes tegunt; à quibus continuita illa cum cerebri meningibus habetur. Idcirco in dorso crassior est veluti ex geminato fibrarum ordine ex dextro, & sinistro spinæ latere
35 contexta, cujus vertebris quasi inseparabiliter adhæret: indeque dolores acuti, ac acutissimi ad pectus fiunt: & consentientibus nervis intercostalibus simul, ac jis, qui ad ultimum ventrem ducuntur ex eadem carina promanantibus ad inguina quoque tendunt.

Tertia Pleuritidis ex dorso species ex eodemmet Hippocrate ib:
36 concipitur: in qua neque pleuram, neque Mediastinum, sed dorsi mu-

musculos respirationi, ac motui dicatos inflammari ducimus:
* *At si alicui* (inquit) *in his Pleuritidibus contingat dorsum rubefieri,*
* *& humeros calescere, & inter desidendum gravari* (*ex musculorum com-*
* *pressione forsan*) *& venter exturbetur egestione cum virore pallida,*
* *ac valde graveolenti, hic propter ventris egestionem vigesima prima*
* *die moritur.* Ex affectus diuturnitate, ex rubore, & forsan tu-
more musculos ipsos affici facilius arguitur. Idcirco cum ægroti de 37
dolore dorsi querantur, non modò ejus intentionem attentè perpendo, ejusque speciem; verum insuper spinam, humerosque observo: si nullus tumor, aut rubor extra appareat; eos digitis premendo latentem, aut incipientem tumorem detegere non desino. Cujus generis videtur fuisse Pleuritis ex dorso, qua laboravit, & mortuus est Hippostenes luctator 5. Epid. uti suo loco exponemus.

Quam sedulam, minutissimamque morborum indagationem in 38
tota praxi summoperè commendo tyronibus: nec suo officio defungantur, & desistant, etsi ab ignaro vulgo, ac Medicis ipsis derideantur. Exitus consilium meum probabit; cum summo ægri beneficio, & vulgi admiratione Medicinæ proceres nasutos reddet. De corio hominis enim, & non pecudis agitur: & judicium nostrum difficile est.

CAP. IX.

De Mediastini, Diaphragmatis, musculorum exteriorum thoracis, ac hepatis inflammationis signis.

INflammatur interdum mediastinum plerumque ea parte anteriori: 1
& dolor in medio sterni percipitur, nec adeò intensus, & acutus, sed veluti gravativus; cartilaginem versus ensiformem præsertim declinat.

Mediastinum interdum in media thoracis parte inflammatur unà 2
cum pericardio in consensum adducto; quandoque pericardio pri-
mariò affecto: indeque quibusdam Pleuriticis habitis symptomata 3
graviora, & ruinosa accidunt: cordis capsula affecta, ipsoque cor-
de, ac præcordiis proximius vexatis incessantes palpitationes, ac 4
cordis oppresiones, & deliquia; pectoris angustiæ, & pulsuum omnigena confusio advenit. Zacuti Lusitani prax. admir. lib. obser-
* vat. 138. hystoriam referre hic non pigebit. Quidam in ætate 5
* florenti acuta febre est prehensus cum siti ingenti, anxietate, re-
* spiratione creberrima, & frequenti, thoracis incendio, tussi sic-
* ca, syncope, cordis tremore, levissimo in thorace sternum ver-
* sus, cum angustia summa, pulsu duro, & inæquali. Hic pro

Pleu-

Pleuritico curatus triduo è vita sublatus. Sectio à morte palam fe- *
cit fuisse pericardii inflammationem; nam tota ferè tunica, & ru- *
gosa visa est: & in multis partibus asperitudines apparvere milia- *
ceæ, nigrore infectæ, omnia abdurente calore profecta. Et Phil. *
6 Salmuth. cent. prima observ. 15. refert similem hystoriam. Seca- *
batur fœmina quædam Patavii, quæ pleuritide laboraverat, at- *
que pro tali curata fuerat, cui etiam sectio respondit. postquam *
verò ad cor perventum est totum pericardium pure plenum, & *
quasi illo obductum cordis substantia illæsa reperiebatur. *

7 Diaphragmatis inflammati signa sunt. extrema costarum propè
sterni finem inprimis dolent, ac dolor cinguli instar sub costis ad
ventrem quoque interdum extenditur. Respiratio præsertim inæ-
qualis modo parva, modo magna, modo frequens, modo rara: ac
delirium, & convulsivi motus supervenire solent. Si verò inflamma-
tio adaugeatur, ut vasa majora veluti aortæ truncus descendens, aut
vena cava coafficiantur, aut comprimantur, tumultuaria symptoma-
ta, uti de pericardio diximus, occurrunt: præsertim si media pars
nervosa, & veluti tendinosa inflammetur.

8 Dolor sub costis quandoque adest in regione hypochondriorum
præcipuè laterali: nec symptomata vehementiora, sed mitiora ap-
parent. uti hoc anno in Nauta quodam notavi in ea sinistri lateris
regione dolorem semper fixum, at verò remissiorem, obtusum,
ac ægrum non admodum vexantem cum tussi sicca, & rara, cum
febri continua non verò nimium acuta, cum pulsu minus tenso, &
parvo; cum urinis quodammodo densis, ac coloratis cum spumula
quadam circa matulæ peripheriam apparente; cum lingua potius
sicca quam arida: qui morbus vigesimo primò eradicatus fuit. Cir-
ca undecimum verò, & nonum nocte cum magis exacerbaretur fe-
bris, pauca, at rarius loquebatur varia. Circa quintum diem tria,
aut quatuor sputa levi cruoris stria tincta; ac respiratio parum læsa.
Cui sanguine bis è brachio, & semel è pede misso in eo præsertim
è brachio educto pellicula illa gelatinæ instar, & interdum albo: vi-
9 ridis semper apparuit. Ex quibus inflammationem in regione dicta
hypochondriaca subjici deduco: ad quam ut supra notavimus arte-
riæ intercoctalis rami inferiores ultra diaphragma distenduntur jux-
ta Raymundi Vieussens descriptionem supernam, ac externam ab-
dominis regionem constituentes; & mammariæ ramus: & potius
10 musculos in eo loco sitos fuisse affectos crediderim, præcipue muscu-
los abdominis oblique descendentem, qui à sextæ, septimæ, octa-
væ, & nonæ costarum parte oritur; & oblique ascendentem, qui
ad costas spurias, & quasdam veras finitur. Abdominis enim mu-
11 sculi cujuslibet generis inflammati Pleuritidem similare solent, licet
pleura verè inflammata non sit. Et diaphragma haud primariò læ-
12 sum in hoc casu censerem, verum parumper ob conspirationem, ac
partium contiguitatis rationem. Qui affectus symptoma potius fe-
bris

bris reputabatur, & vaniloquium illud ex essentia febris potius, quam partis inflammatione pullulasse credebatur.

Interdum dolor sub costis, ac hypochondriis est, quamvis vera 13
inflammatio non adsit: ex mesenterii labe provenit; uti plura infra dicemus in differentia de lateris dolore, ac Pleuritide verè notha.

Musculis thoracis exterioribus præcipuè inflammatis signa hæc 14
adsunt: febris interdum mitis, quandoque gravior, non tamen adeò acuta; nec dolor pungitivus, & acutus; interdum verò juxta humorum acrimoniam nimis molestus, ac vehemens esse solet: dolor juxta Fernelium tactu, pressuque excandescit: molestus est in latus ægrum decubitus, in sanum facilis; pulsus quandoque frequens inæqualis, sed neque tensus, aut durus; aut potius minus densus, & durus: uti Galen. optimè dixit 5. de loc. affect. Cæterum effi- 15
ciatur ne magis cingens membrana, an musculi ipsam contegentes in pulsibus indicium petere oportet: namque musculi minus, cingens verò membrana magis & tendit, & indurat arteriam. Et observavi, cùm æger de uno ad alterum latus se moveret, maximè affligi, etiam si erigeretur. Si interiores musculi mesepleuri dicti in- 16
flammentur, symptomata graviora fiunt; deque ipsa pleura affecta semper suspicio erit. Si dolor adaugeatur, acutusque evadat, & durior appareat pulsus, de illius inflammatione amplius non est dubitandum. Inflammatis musculis internis, vel externis periostium ipsum inflammari potest: indeque non modò febris adaugetur; ve- 17
rum dolor acutissimus percipitur. Hinc solvitur dubium, quod diù mente evolvi, quod licet quandoque dolor sit acutus, æger in parte 18
opposita jacere valeat, nec dolor exacerbetur: cum verò inflamma- 19
tur pleura super partem affectam potius cubare possit: eo quia hac inflammata à pulmonum pondere fibras trahentium dolor crescit, cum ad latus oppositum sese vertat æger; at non ita accidit periostio affecto.

Studiosè animadvertendum (uti in praxi observavi) Pleuritidum, quas Medicorum vulgus veras existimat, majorem partem musculo- 20
rum inflammationes esse; & (in genere loquendo) musculos plerumque, quam cæteras partes inflammari; ac dolores verè acutos 21
pauciores notari, quamplurimos obtusiores, & magis gravativos: præsertim cum febris essentialis sit, musculi afficiuntur prius, mem- 22
braneæ partes deinde, uti in rheumatismo accidit. Sanguis enim ex febri in laxiores partes, ac promptiores (uti sunt musculi) cras- 23
samenta, & recrementa deponit, seu ipse cespitat ibi: in morbi initio exiliora loca crispata, ac ob tensionem constricta, uti membranarum sunt, ejus liberum aditum ferè respuunt; deinde per consensum & hæ afficiuntur: vel recrementorum mole adaucta, ac superflua in illas quoque indiscriminatim intruduntur.

Quæ pleuræ, & musculorum inflammationis distinctio ad curam 24
non multum attinet, quamvis Ætiologia summopere exigat: cum

Me-

Medico constet inflammationem jam adesse ex aliis quoque signis
cognitam, & Pleuritidem saltem minus propriam haberi, curam
25 eamdem omnibus jis partibus affectis adhibebit; præsertim si princi-
paliora remedia sint propinanda, inter quæ phlebothomia princeps
26 erit. Nam ratione symptomatum plus, vel minus affligentium, ac
doloris cruciantis Medici prudentia erit juxta eorum indolem anody-
na, lenientia, ac hypnotica præsidia adhibere.

Hepatis inflammatio, quæ Pleuritidem veram etiam similare so-
let (ita ut Siculus Medicus referente Galeno 5. de loc. affect. cap. 7.
27 dum ea afficiebatur, Pleuriticum evasisse putabat) à Pleuritide dif-
fert loco doloris, qui in dextero latere circa hypochondrium perpe-
tuò est, nec pungens, at gravativus: cui pulsus potius undosus,
quam durus; tussis sicca non adeo frequens; nec tanta respirandi
28 difficultas adest, quæ quandoque maxima est. Uti videatur Ballo-
nius consf. 91. lib. pr. Quæ signa hactenus tradita certè hepatitidem
haud arguunt, cum ferè similia in altero latere sinistro occurrere so-
leant; uti superius diximus in casu nautæ proximius relato. Ad di-
29 stinctionem clariorem in hepatitide præter allata symptomata juxta
Etmullerum dolorosa quædam plus minus tensiva molestia ad jugu-
lum usque ascendere videtur: & ut Gal. ib. sed jecur affici decla- *
rant in dextro hypochondrio gravitas; dolor totum hypochon- *
drium retrahens, atque ipsius doloris usque ad jugulum extensio, *
nam & hoc nonnunquam evenire solet: Inflammatum enim he- *
30 par ponderosius factum ligamentis membraneis diaphragmati adjun-
ctum hoc deorsum unà trahit cum pleura, qua diaphragma quoque
vestitur, & quæ jugulo continuatur, & veluti recta linea in consen-
sum diducta: & juxta Senner: infra costas tumor adest, præsertim
31 parte gibba inflammata percipitur: at quacumque parte affecta ten-
sionem, ac duritiem quamdam in dextero hypochondrio observari
ducimus, pressuque dolorem adaugeri. Sitis quandoque est inex-
hausta; lingua nigra; cibi fastidium, oris amaror, ac vomitus;
urina densa, & rubra, ac flava: quandoque etiam color cutis auri-
ginosus: interdum fluxus hepaticus est evidentissimum signum ex
32 Galen. ib. Itaque (inquit) in primo statim aditu obviam nobis *
evenit quidam pelvim à cubiculo afferens continentem tenuem *
cruoris saniem carnium nuper mactatarum ablutioni haud absimi- *
lem evidentissimum affecti jocinoris indicium. Dolor quandoque *
ad abdomen extenditur veluti è centro hepatis regione. Et denique
33 ex Hippocrate 5. aph. tex. 59. ex hepatis inflammatione singultus
accidit; si magna trahatur spiratio dolor in regione jecoris vehe-
mentius cruciat, & in dextero hypochondrio gravitas percipitur.

Si de inflammatione Hepatis suspicio adsit, vehementiora sym-
34 ptomata fiunt, & graviora sima ejus parte affecta, quam gibba,
ratione præsertim radicum, & truncorum vasorum in illa potius,
quam hac veluti sarcina compositorum.

Cau-

Cautè denique procedendum sit in hepatis inflammationis cogni-
tione: interdum enim, ac sæpius abdominis musculi superjacentes 35
peritonæo inflammantur, quamvis hepatis viscus illæsum sit: ita,
ut his quoque affectis tumor, ac tensio etiam appareat. Quæ distin-
ctio ut superius notavimus adhuc habeatur ex symptomatum exacer-
batione, ac intensione.

CAP. X.

De Peripneumoniæ signis.

PEripneumoniæ denique signa, quæ ratione maximi ejus consen-
sus cum Pleuritide præcedere deberent, postremo loco colloca- 1
vimus. Primo quia satius duximus ordine inflammationes expedire, 2
quæ in thoracis cortice, seù circo situantur; deinde nucleum seù
medium detegere. Secundo quia de Peripneumonia fusius loqui de- 3
bemus.

Peripneumonia (inquit Hippocrates lib. 3. de morb.) *talia facit:*
* *febris acuta tenet, & spiritum frequentem, & calidum respirat, &* 4
* *anxietas adest, & impotentia, & jactatio, & dolor sub scapulas, &*
* *ad claviculam, & ad mammam, & gravitas in pectore; quandoque*
* *etiam delirium: quidam dolorem non sentiunt, donec tussire incepe-*
* *rint; verum hic morbus diuturnior est, ac difficilior illo est. Salivam*
* *tenuem, ac spumosam primum spuit: lingua flava est; verum pro-*
* *gressu temporis nigrescit. Si igitur in principio nigrescat, citius mor-*
* *bus finitur; sin posterius tardius: tandem verò etiam rumpitur lingua,*
* *et si digitum apponas inhæret. Hæc autem patitur homo minimum die-*
* *bus quatuordecim ad summum una, & viginti, & per hoc tempus tus-*
* *sit vehementior, & unà cum tussi purgatur primum saliva multa, &*
* *spumosa. Septima verò, & octava cum virore pallida, & subcruen-*
* *ta. Duodecima autem usque decimam quartam multa, & purulenta.*
* *Atque hoc in his contingit, quorum naturæ, & corporis affectiones hu-*
* *midæ sunt, & morbus fortis est. Quorum verò & natura, & mor-*
* *bi constitutio sicca est in his minus.* Cujus §. majorem partem hic
exarare non destiti signa diagnostica quamplurima continentem: 5
minorem verò, & succedentem in prognosi quoque dabimus. To-
tum hunc textum veluti maximè necessarium, & excellentissimum 6
per paraphrases enucleare haud pigebit.

Inflammato igitur pulmone primò febris acuta tenet, cum viscus 7
princeps sit, & homini summoperè necessarium: ex ejus itaque
summa affectione maximè conturbatur homo; maximèque igitur
* ipse febricitat: *spiritumque frequentem, calidumque respirat, &* 8

anxietas adest, & impotentia, & jactatio; veluti homo suffocaretur. *
9 Ex sanguine lentescenti, & crassiori per exilia vasa minus trajecto,
ac ferè stagnante evenit: ad quem exantlandum quasi tota hominis
machina, thorax præcipuè concutitur, auramque in subsidium ma-
jori, ac frequentiori conatu, omnique modo, quo potest, sollici-
10 tans. Ex quo multo, ac paludoso cruore pulmones infercientur,
ipsique veluti utriculi limoso succo referti ponderosiores evadunt;
qui fibras, quibus scapulis, claviculæ, ac mammis adnectuntur,
pondere diducentes easdem partes quoque divellunt: _indeque dolor_ *
sub scapulas ad claviculam, & ad mammam, & gravitas in pectore est. *
Dolor præsertim sub scapulis notandus est: quandoque cum dolor
hic mitior sit, ægroti veluti rigorem, aut frigus quoddam (ut ipsi-
11 met exprimunt) super humeros sentiunt: qui rigor fibrarum utique
12 diductio est. In respiratione præcipuè (quod obiter notandum)
dolor major percipitur: in hac enim ex thorace quodammodo pul-
mones sursum trahuntur, qui hujusmodi affecti, ac vitiosè inflati
fibras easdem à pectoris dilatatione etiam diductas, & tensas con-
tranitendo magis lædunt: & inspiratione ipsi præponderanti sua mo-
le, ac compressione thoracis velocius ruunt, fibrasque ulterius quo-
que trahunt: Indeque veluti geminatis viribus hinc inde dolor adau-
ctus pectus dilaniat. Ex quibus quanta spirituum confusio, eorum-
que vorticosa undulatio sit, quisque videt: inde quandoque etiam
13 delirium advenit. Admonetque Hippocrates _quod dolor non sem-_ *
14 _per in principio sentiatur_; uti nos quoque usque ad tertium, & *
15 quartum diem, ac ulterius sæpius observavimus. Id evenit jis, quo-
rum pulmones laxiores sunt, & fibrarum systema mollius est: _Et_ *
quorum naturæ, & corporis affectiones humidæ sunt: In jis enim pul- *
mones molliores, eorumque vasa laxiora sunt, sanguinem & mul-
tum, & lentescentem admittunt: eorumque latera ferè arcuantur,
& hujus generis cruori facilè cedunt. Sanguis igitur ex sua indole
tardè progrediendo, ac vasorum fibris ad oscillandum imparibus per
exilia pulmonum vasa difficillimè permeat; adeo ut hoc viscus ferè
paludosum evadens cruore multo stagnante inferciatur: ad quem
exantlandum magna vis requiritur: nec thoracis musculi respiratio-
ni dicati, elevatores præsertim, laxioris itidem naturæ thoracem
ipsum ad signum necessarium (uti sanguinis stagnatio requirit)
haud elevare valent: fibræque, quibus thoracicis partibus interiori-
bus pulmones adnectuntur, quoque relaxatæ, ac molliores in in-
spiratione (quæ cruoris lentescentiæ ratione major requiritur) ut
par est ad pulmones explicandos decurtari nequeunt: idcirco cruor
ipse contentus, ac stagnans animal ad sibimet succurrendum tumul-
tuario modo, summoque nixu incunctanter urget: Et donec in hoc
signo permanserit cruor, magna symptomata quoque inferet, ac
febrem, & spirandi difficultates ingentes, & anxietates, non verò
16 dolorem. Attamen si sanguis ad majorem mensuræ signum pervene-
rit;

rit; adeò ut solidi laxitas à fluidi mole, ac pondere superetur, ut
non solum membranarum, ac pulmonum vasorum latera cruor ar-
cuet, & ampliet; sed eorumdem quoque fibras distendat, ac didu-
cat; adeò ut aliarum partium villi fibris ipsis continui, & cohæren-
tes unà trahantur; ac ferè disrumpantur; præsertim ii, qui mem-
branam laryngem, tracheamque investientem contexunt; quibus
enim diductis, & attractis tussis efficitur; & quum denique eodem
tempore membranæ pleuræ sub scapulis, mammis, & clavicula
thoracem succingentis fibræ simul attrahantur, & divellantur; do-
lor unà cum tussi quoque erumpit. Rarò autem id evenit jis, qui sic- 17
cioris naturæ, ac membranarum texturæ magis restrictæ sunt: eo-
rum enim fibræ scciores & (ut verbo dicam) durioris elateris, mi-
nusque cedentes (etiamsi prioris cruoris mensura, eodemque signo,
quæ humidis dolorem haud causabant, opprimantur) diducuntur,
ac veluti lacerantur: & sic dolor habebitur, sicuti observavimus:
* *Indeque quidam dolores non sentiunt, donec tussire inceperint*: 18
Hinc solvitur phænomenon magnum: quare ad detegendum dolo-
rem pleuriticum occultum ægris præcipiamus, ut de uno ad alterum
latus quamcitissimè sese vertat? aut tussiat? aut fortiter respiret? 19
qui tunc manifestari solet. Id accidit eò quià moles, seù inflamma-
tionis tumor ex se solo ad præponderandam solidi laxitatem adhuc
non sufficit: at sese volutante ægro cum violentia pulmones quoque 20
agitantur, & dimittuntur; indeque pleuræ fibræ jis adnexæ ferè di-
scerpuntur, ac dolor erumpit. Ita pariter tussi, quæ expirando 21
præcipuè fit, pulmones à thorace veluti comprimuntur, ac veloci-
tate dejiciuntur. Indeque veluti vi gemina tumoris inferius trahen-
tis, & musculorum deorsum impellentium, fibræ etsi molliores di-
ducuntur, & lacerantur. Eodem modo fortiter respirando bis, aut 22
ter in inspiratione si percipiatur in pectore grauitas tumoris occulti
suspicio erit; dilatante enim thorace præponderantes pulmones gra-
vitatis, & fibrarum diductionis sensus distinctius percipietur. Et si-
cuti, ut superius diximus, pleuræ fibrarum systema durius est, ac
magis tensum, quam illud pulmonum; idcircò Pleuritis Peripneu-
monia brevior est; ita pariter si pulmones quidam quibusdam laxio- 23
res, & humidiores existunt, una Peripneumonia altera durior, ac
* difficilior erit. Idcirco Hippocrates rectè subjungit *Verum hic mor-*
* *bus diuturnior, & difficilior illò est*. In Peripneumoniæ initio cum
cruor adhuc compactus fuerit, ab eo decidit latex subtilis, ac ferè
* aquosus; indeque *salivam tenuem, & spumosam primum spuit*. 24
Spumosa est aeris particulis turgida, qui in respiratione impetu ad- 25
mittitur, & educitur, salivamque inflat. Ex cujus aeris veloci flu-
xu ac refluxu, frequentique transitu molliores, tenujoresque sali- 26
varis humoris linguam humectantes partes abraduntur; crassiores
salino-terreæ magis evehuntur: quibus quoque biliosæ particulæ ad-
miscentur vel à ventriculo venientes; vel unà cum aere à pulmoni-
L 2 bus

bus halitus educuntur, qui flavedine linguam tingere valeant, veluti velo viscido eam obducentes; inde *lingua flava est*. Progredien-
27 te autem morbo, & ad statum tendente saliva ex particulis è sanguine deciduis ulterius adustis, & obfuscis magis referta, & halitibus è pulmonibus similibus tincta; aeris quoque ferè geminatis incursionibus, ac impetu; humidis, & lævigatis abscedentibus moleculis; terreo-salinis amplius nudatis, & scabrosis factis, in quarum poris lumine penè obruto, ac refracto nigrities oritur: *& lingua*
28 *progressu temporis nigrescit*. Quæ omnia verò si morbi initio ingruant, morbus in ipso principio fermè in suo vigore consistere videtur, & extremos habere labores: *indeque citius morbus finitur*, *sin potius tar-*
29 *dius*. Tandem verò cum ad summum pervenerit morbus, & cum lingua humido ferè penitus orbata, & exiccata fuerit, ac à sanguine subtus stagnante (qui nigritiem quoque adauget) eam diducente rimæ fiunt: ac in ea sic scabrosa facta, & veluti concava totidem sulcis exarata *si digitum apponas inhæret*. *Hæc autem patitur homo* *
30 *minimum diebus quatuordecim ad summum una*, *& viginti*. Hic Pe- *
ripneumoniæ terminus est, quamvis prius abbreviari possit, ac pro-
31 duci: *Et per hoc tempus tussit vehementer*. Quæ tussis usque ad se- *
32 ptimum dupliciter vehementior est. Primo unà cum tussi purgatur
33 saliva multa, & spumosa, quæ è sanguine magis lentescente diffluit,
34 tracheæ fistulam, ac fauces vellicat. Secundo etiam à phlegmonoso tumore pulmonem præponderante, ac deorsum adducente. Quippe qui crassior, ac lentescens cruor dissolvi, & materia morbifica sejungi, ac concoqui ceperint, phlegmone quoque partis paulatim detumescente; septima, & octava die ubi febris in vigore
35 fuerit, *saliva crassior prodierit* per sputum tracheale peripneumo- *
nica, ac totius materia educta; ut Hippocrates dixit. *Si humida sit peripneumonia*. Tamen si materia adeo tenax sit, ut minus habilis evadat ut expuatur; acidumque figens præpollens adsit, ac magis
36 evectum; nona, & decima morbo ad concoctionem ulterius tendente ipsa variegata (quæ sputum tracheale est) educitur, cruoris parte simul è sanguifluis vasis itidem expressa; *Et sic saliva prodie-* *
rit cum virore pallida, *& subcruenta quoque*. *Duodecima autem usque* *
37 *ad decimam quartam* ad ultimam solutionem perveniente morbo *
multa, *& purulenta*; id est pus similantia. Quod sputum crassum, tracheale, ac subcruentum multum, & purulentum Pulmoniæ crisis per anacatharsim habita ferè est: & in his contingit adaptari,
38 *quorum naturæ*, *& corporis affectiones humidæ sunt*, *& morbus fortis est*. Quoniam hi succipleniores sunt, & humoribus referti: & præ laxitate pulmonum maximam materiam continent, ac expuunt.
39 *Quorum verò & materia*, *& morbi consistentia sicca est in his minus*. Materia morbi paucior, fibrarumque systema robustius magnum tumorem non permittunt.

In Peripneumonia primis diebus, & interdum usque ad nonam

vomi-

vomitiones accidere observavimus: quas proditorias vocare soleo; 40
quoniam Medici has inspicientes, etsi cætera signa clament Peri-
pneumoniam adesse, confunduntur: & phlebotomiæ præsertim con- 41
tradicentes eam celebrare horrent: & spectatores tantum facti,
aut vanis præsidiis succurrere tentant; vomitionibus non desinenti-
bus, donec ægroti Anima quoque vomatur. Quo symptomate haud
deterreantur practicantes. Credatis mihi obsecro: idemque uti fu- 42
catum, & contemnile signum habeatur: & morbi radix, non ra-
mus, aut fructus notetur. Vomitiones istæ accidunt; quoniam in- 43
ter pulmonum præsertim fistulam, & œsophagum, ac ventriculum
maxima conspiratio est: quia tunica interna tracheæ fistulam usque 44
ad minimas partes in pulmonibus dissitas investiens eadem, & conti-
nua est; & cum œsophagi, ac ventriculi interna ori communis ad- 45
est: præterea aspera arteria œsophago incumbit; & nervi præsertim 46
paris vagi, seù rami sexti vulgo dicti ad pulmones, ac œsophagum, 47
& ventriculum dimittuntur: indeque illis inflammatis horum quo-
que fibræ convelluntur, & crispantur? eorumque peristalticus mo-
tus pervertitur, & vomitio fit. Quæ quandoque Pleuritidi etiam,
quamvis non adeò frequentius, accidit: Quod contra Etmullerum 48
notatur, qui asserit secus, ac puris pleuriticis evenire. Quoniam
hominis textura adeò est intricata, & circumvoluta partium cohæ- 49
sio, ut à parte etiam longingua symptomata fiant: uti dolor in pedis
digito cinicam ferè convulsionem instantaneam in ore efficit: & sicu-
ti affecto capite ventriculus vomit; & hoc repleto, aut gravato il-
lud dolet. omnia simul conspirant, & coeunt. Quas vomitiones in
cæteris inflammationibus percipimus etiam diaphragmatis; inter 50
quod, ac œsophagum consensus magnus est: & ex Willis extima 51
œsophagi, ac ventriculi tunica à diaphragmate oritur, & hoc cum
Pleura quoque continuatur ea parte præsertim, qua thoracem respi-
cit: indeque in Pleuritide vomitus quoque accidit. Præterea tra- 52
cheæ membrana exterior, ac pulmonum à pleura oritur, eique 53
fibris continua est; & tracheæ œsophagus ipse incumbit. Ex dolore
igitur pleuræ omnia conturbante ventriculus quoque pervertetur, ac
vomitio fiet, quæ cum diarrhæa sæpissimè sociatur. Et dum hæc 54
scriberem duobus mari, ac fœminæ medebar: qui quotidie diuque
noctuque sexies, ac septies ferè cholera morbo corripiebantur;
quam malignam corticales Medici nuncupant, & à causa maligna 55
5.3. occulta orientem; cum ordinarium, ac consuetum signum in-
flammationis sit. Interdum sola diarrhæa est; quamvis quandoque 56
semel, aut bis in die morbo progrediente ipsa multiplicetur: Et 57
quod observavi in Nicolao Magnocaballo Mercatore succipleniori
viro quinquagenario Peripneumonia laborante, qui post repetitas
sanguinis missiones, prope septimum subcruenta, & crassa anaca-
tharsi excernere cepit: circa nonam diarrhœa ingruit, quæ quotidie
duas, tres, aut quatuor sedes dabat; & quæ ad vigesimum primum

diem

diem usque permansit; habitis etiam simul nimio urinæ profluvio, ac sudoribus: tussique interim materiæ Morbificæ portio excernebatur. tantam hujus molem per vias omnes natura exoneravit.
58 Pulsus quandoque frequens, & magnus est; & non adeo durus ut alibi diximus; sæpius verò parvus, ac inæqualis: qui Medicos à
60 phlebotomando morbi initio ne deterreat. Experientia procul dubio docebit æquo passu sanguinem exire, ac pulsum ampliari, magnumque evadere.
61 Genarum nimis roseus color Peripneumoniam quoque indicat: Et ego cum ægroti thalamum ingredior, ejus genas nimis rubentes aspicio; de Peripneumonia illicò suspicere incipio: & si pectoris dolor gravativus est, febrisque acuta; de ea non amplius dubito. Qui co-
62 lor roseus interdum adeò intensus est, ut violaceus, & ferè niger, ac morituris lividus quoque appareat. Quandoque etiam juxta
63 pulmonum latus affectum una pars oris, interdum utraque rubescit.
64 Genæ rubent eo quod fibræ membranæ oris internæ (quæ eadem est cum ea investiente tracheam & ultimas bronchiorum fistulas, & cum illa succingente œsophagum, ac ventriculum) ex pulmonum tumore in consensum ductæ, & crispatæ circa mala, & buccas descendentem sanguinem quodammodo intercipiunt: in quibus veluti tenuem phlogosim inducunt; quæ ex exteriori quoque faciei parte
65 micat. Ita pariter ventriculo nimio cibo onusto genas rubere notamus; quia à ciborum pondere, eorumque fermentatione ventriculus magis agitatur, & fibræ ejusdem veluti à pondere tractæ, ac à fermentatione ad latera quodammodo diductæ haud possunt non consentientem oris membranam internam una subtrahere, ac crispationem inferre; uti etiam in vermibus observatur in pueris præcipuè.

Si hæ pulmonum, & thoracis inflammationes in genuinum ab-
66 scessum jam tendere cœperint, ac suppurari; primum indicium ex rigore habebitur, qui præcipuè vehementior erit, si pleura, aut membrana alia suppuretur: earum enim læsio sensibilior est, laceratio,
67 & distentio major: cum rigore febris, dolor, vigiliæ, inquietitudo, ac inappetentia, & similia ingravescunt. Ex Hippocrate *Dolores, & febres magis accidunt, dum pus conficitur, quam jam confe-*
68 *cto.* Suppurationem jam factam indicat dolor imminutus, febris remissior, & respiratio liberior; tamen verò tussis sicca adest, rara, & inanis; oris amaritias. Cum verò abscessus rumpitur, disruptionis tempore cum horrore ægri denuò vehementius febricitant, ac difficilius quam antea respirant. Hippocrates lib. Coac. prænot.
69 omnia ferè signa futuræ suppurationis complectitur: *Qui suppurati fiunt maximè ex Pleuritide, ac Peripneumonia eos calores comitantur interdiu tenues, noctu vehementiores, & nihil memoratu dignum spuunt, & circa collum, ac claviculam sudant, & oculi cavi sunt, maxillæ verò rubent, digiti summi deterius calescunt, & exasperantur: ungues*

curvan-

curuantur, ac perfrigerantur, & circa pedes tumores habent, & circa corpus pustulas, & abstinent à cibis. Sudor ille præsertim circa collum, 70 ac claviculam ex pulmonum pondere, & calore est; unde eæ partes magis calefiunt, agitantur, ac rarefiunt: idcirco *oculi concavi* fiunt ferè convulsi contracta fibra: qua ratione *maxillæ ipsæ rubent* propter membranæ continuationem; ut superius diximus. *Digiti quoque exasperantur, & ungues curvantur* universali ferè fibræ reductione, ac siccitate, & *perfrigerantur* impedito liberiori sanguinis transitu ob crispationes: ex quibus, & ex cruoris debilitate ipse sursum à pedibus non adeò expeditius ascendit, & *tumores fiunt*: ex cujus quoque acrimonia & vitio ex agitatione inani, ac fermentatione, ex tumore suppurando *pustulæ circa corpus sunt*. Et *abstinent à cibo* ex ventriculi perturbatione, ac ratione membranæ continuæ cum pulmonum, & bronchiorum interna; & ratione fermenti depravati, ac irritantis naturæ potius, quam allicientis. Signa hæc habent suppurationes diuturnæ ex Hippocrate, quæ verò brevi rumpuntur ex notis eas consequentibus cognoscere oportet, & ex doloribus in principio simul, etsi aliquantò difficilius spiraverit homo.

CAP. XI.

De Pleuritidis nothæ, seù impropriæ signis.

PLeuritidis veræ signa prius dedimus; distinctiva deinde ejusdem ab aliis inflammationibus: modò reliquum est ut cæterarum pseudo-pleuritidum, aut doloris lateris potius notas adhibeamus. Lateris dolor est absque inflammatione: Pleuriticus cum inflamma- 1 tione conjuncta. Quam distinctionem quoque servat Hippocrates. Adest enim quandoque dolor insignis, & acutus in uno, alterove 2 latere sine febri, ac siti; & ut Etmuller. ait pulsu ferè laudabili nisi inquantum doloris ratione subinde frequentior redditur: tussis autem nulla, aut siqua est saltem catharralis, aut lymphæ vitio: qui dolor à vitioso acido lymphæ oritur, aut seri inter pleuræ poros, & 3 partes delati: uti scorbuticis, hypochondriacis, & morbo gallico affectis; his præsertim vehementior, ac diuturnior est. Quibusdam etiam sine febri dolor spasmodicus lateris est ex spirituum ata- 4 xia, eorumque anomaliis ex qualibet causa obortis; vel ex nervo- 5 rum quadam conspurcatione, seù semioppilatione, aut ex lympha, 6 tumore, mucis; vel quacumque materia etiam exterius fibras irritante: uti hystericis accidit, quæ præter pectoris angustiam cætera symptomata, quæ his evenire solent, observantur; ut aphonia, 7 oris præfocatio, corporis quædam concussio, aurium tinnitus, surarum

rarum dolores, &c. Præcipuum signum jis est, quod super partem
8 affectam ægræ cubare nequeant: unde memoriæ mandandum quod
9 non solum, cum thoracis musculi exteriores præsertim inflammantur, in partem affectam decubitus difficilis sit; verum cum periostium, & membrana cingens musculos exteriores thoracis quoque afficiantur; & verum insuper cum aderit hæc veluti tonica, & convulsiva crispatio nervorum præ cæteris intercostalium: parte enim tensa, & convulsa à præponderanti reliqua pectoris machina in oppositum distracta, & compressa spasmodicus, ac vehemens dolor insurgit.
10 In febribus adhuc haud inflammatoriis hæ passiones hystericæ, ac pectoris dolor comitantur: quæ Pleuritidem veram similare solent.
11 In jis cautè procedendum, ac maximè examinanda patientis natura; & signanter cum fœminæ afficiantur assuetæ præcipuè: de ipsis semper dubitandum erit: quemadmodum si mares hypochondriaci, & debilioris nervorum texturæ sint. Præterquamquod dolor in jis vagus plerumque fit, ac in pectore nec fixus, nec diuturnior.
Ita pariter à materia extrinseca exterius nervos, ac fibras irritante
12 similatæ Pleuritides accidunt; uti etiam à vermibus. Vermes enim uti mortuos nos omnino depascuntur; viventibus quoque nec par-
13 cunt, ac pabulum quærunt: unde membraneas partes non modò pondere, agitatione irritando, verum etiam eas mordendo dilaniant, doloremque acutum inducunt; aut in ventriculo, aut in intestinis stabulantes, eorum fistulæ membranam interiorem ipsi laryngi continuam lacessendo, & ex consensu membranæ externæ peritonæo, ac diaphragmatis infimæ communis. tussim quoque siccam inducunt. Cum septi membrana extima unà contrahatur media, & intima pleuræ continua: indeque thoracis, & lateris dolor emergit, qui sub spuriis costis plerumque est, maximè cum ipsi intestina colant: tunc peritonæi membrana diaphragma exterius, ac inferius
14 investiens afficitur. Ex quibus febres similiter acutæ progignuntur, &
15 difficultas quædam spirandi observatur: & ex fibrarum tensione pulsus quodammodo tensus, ac durus percipitur. Quæ igitur simillima signa veram Pleuritidem similantia facillimè nos decipiunt: & verum phlegmonem adesse asserimus. Cauti igitur simus, & rectè omnia perpendamus, ac maturitate curam aggrediamur, nec festinanter, & temerè; præsertim cum pueri de dolore lateris querun-
16 tur; etsi quandoque aliquale cruoris sputum appareat: Quod non ex phlegmonis, sed convulsionis vi, ac ex vasorum oscillatione
17 pendet: Vti ex practicorum numero haud tenui sanguinis stillæ è naso in febribus acutis vermium signum ferè certum plerumque est: Vti non semel in praxi nos quoque observavimus (quamvis pleuræ in-
18 flammatio verè ab jis interdum excitari valeat) ex sanguine in ea cohibito, & constricto. Cujus census Pleuritides fuisse à Quercet. lib. 4. pharm. notatas ducimus. Et nobis Casus notabilis est. Adolescen-

lescen-

leſcentulus duodecim ferè annorum Horatii Lupis Melphictenſ. pa- 19
tricii filius dolore lateris ſiniſtri vehementi, & acuto corripitur cum
febri magna, pulſu frequentiſſimo, tuſſi ſicca, & anxietate. Vo-
catur quidam Medicus, cui pater nimium credebat, uti mos eſt; qui
tumultuariè, nec me ad conſilium deinde accerſitum (uti deberet)
expectans, gloriolæ vagus brachii oppoſiti venam coram ſe ipſo ſe-
cari juſſit. Sed quid mirabile! ex ſanguinis miſſione dolor illicò re-
miſit, & ferè evanuit: febris ex æquo mitis, pulſus rythmoticus,
tuſſis itidem ferè nulla: & totius domus familia, viri, mulieres cu-
ram veluti Angelicam depredicabant; immortalem collegam col-
laudantes, meque ferè inutilem, ac extemporaneum habentes. At
ego rebus rectè perpenſis tormina ſubinde ventris, & rugitus nota-
bam; urinam aqueam, faciei colorem variari, & ex rubro palli-
dum fieri, vitam anteactam pridie, & altero cibos multos, & cru-
dos ingurgitaſſe, & denique puerum eſſe cogitabam, de Pſeudo-pleu-
ritide dubitare cepi: & apertè pronunciavi haud veram Pleuritidem
fuiſſe, & eſſe; at potius ciborum corruptelas, & ingluviem ea ſym-
ptomata produxiſſe. Et rationem petentibus ſoluti doloris reſpon-
debam id ex ſpirituum reſolutione, ac ſolidorum quadam relaxatio-
ne ex phlebotomia eveniſſe; unde ſenſatio debilis erat; uti ex ſan- 20
guinis miſſione in febribus obſervamus: per aliquod ſaltem breve
tempus totum corpus elangueſcit, ac febris veluti deprimitur, quam-
vis ea deinde vires majores acquirat. At quid! poſt quatuor, aut
quinque horas meam cognitionem omnimodè comprobavit materiæ
indigeſtæ diarrhoea peſſimè olentis, ſtercoraceæ, ac fluidæ, & (ut
vulgò dici ſolet) crudæ, & corruptæ excretis unà tribus lumbricis
longitudinis palmi: quæ etiam per noctem permanſit: & febris ea-
dem die circa veſperas ſex vel ſeptem horas à phlebotomia iterum
invaluit, quæ inſtar erraticæ ad quintum uſque perduravit. Et ecce 21
ex errore ordo interdum oriri videtur. Non tamen verò imitandus 22
eſt error. Quoniam ſi hic adoleſcentulus haud fuiſſet (in qua ætate
omnia vigent) & materia morbifica haud ejecta foret, at in ſangui-
nem eſſet intruſa, quis non crederet ex præſidio malè propinato ma-
lignam, & pernicioſam febrem haud fuiſſe obortam? quem ſors, &
non Medicus liberavit. Dolor ille forſan etiam fortuitò remiſit à ro-
dendo, ſeù mordendo deſiſtentibus lumbricis; ex quibus dolor non
ſemper fixus, eodemque loco affligens erat; vel ab jiſdem quando-
que enecatis partim à fibra contorquente, partim à cachodilia vel
obruendo, vel acrimonia ſcindendo. Præter relata ſigna in ſupra- 23
dicto caſu notetur dolor præcipuus ſub mendis coſtis, & circa ſeptum
tranſverſum: qui vagus quandoque eſt propè abdominis centrum
juxta lumbricorum motum, ac morſum. Abdomen plerumque in-
flatur, ac turgeſcit: febris varias mutationes ſubit, & ferè ad ho-
ras: reſpiratio juxta dolorem quoque mutatur, & interdum per no-
tabile tempus omninò libera eſt: urina licet tenuis parum paulopoſt

xcreta lactescit; & hujusmodi interdum immediatè excernitur.
Huic Pleuritidi nothæ quam simillima est ea, quæ ex abdominis
24 affectu accidit; uti in febribus vulgò dictis mesentericis: ex cacho-
25 dilia, ac cibis corruptis in ipsis intestinorum fistulis contenta; uti
de lumbricis superius diximus: vel ex lympha, aut mucosa materia
in intestinorum glandulis habita, crassiori, vel acetosiori reddita;
cum his unà consideratis biliario, ac pancreatico succo in intestino-
rum alveum decidentibus, lymphaque glandularum miliarium ven-
triculi, nec non salivaris humoris aliquota parte; veluti rivulis in
intestinorum meandrum tendentibus: Ex quo succorum fluxu mur-
mura, & ventris rugitus, ac ructus fiunt: & ex quibus humoribus
intestinorum fistulæ, earumque membranæ premuntur, ac irritan-
26 tur. Vel materia denique morbosa in ipso mesenterio contineatur,
ipsoque omento; aut chylacea sit, quæ glandulas ejusdem cujusli-
bet ordinis inferciat, aut acrimonia, & vitio irritet; aut lympha-
tica in receptaculum, & lumbares glandulas superflua, ac vitiata
colligatur; aut denique utraque præternaturalis habita in dictis lo-
culis, ac per ipsum thoracicum ductum ascendens, qui diaphrag-
mati unitur, & ab hoc ad motum sui contenti suppetias habet; un-
27 de quandoque tussis. Quæ igitur morbifica materia fermentando,
premendo, convellendo, ac distendendo, mesenterium ipsum à
peritonæo ortum trahit, ac diducit; septum quoque unà distrahit:
qui à canali thoracico gravato, & distento itidem comprimitur: in-
deque tussis, ac dolor sub costis mendis evenit, & in abdomine
28 gravamen quoddam percipitur. Abdomen interdum ferè totus tur-
get, ac inflatur, ut veluti tympanitide laboraret, qui juxta acces-
29 sionis motum crescit, & detumescit. Febris hæc duplicis tertianæ,
30 seu quotidianæ potius typum servat: urinæ initio morbi tenues,
aqueæque ferè apparent; grumosæ deinde, & colore rubro saturæ,
particulis quippè acidis nimium imbutæ. Diarrhæa interdum obser-
vatur: & denique totius infimæ regionis tumultus nascitur: & ab-
dominis regio uti morbi radix tenenda; circa eam primaria sympto-
31 mata fiunt. Qui spurius dolor febri interdum jam remittente nullus
omnino adest; at incipiente paroxysmo usque ad vigorem notatur,
summèque exacerbatur: qualem exactè notavimus mense septem-
bris in puero decem annorum primigenito Philippi Giannone Alitto
32 Patricii Bituntini, quoties febris adaugebatur: quæ trigesima prima
die cum artis labore tandem evanuit. Qui dolor eum invadebat cum
tussi sicca, thoracis convulsione, ac spasmodico lateris dextri dolo-
re; super quo tres, aut quatuor horas, ac meridiem quandoque
haud cubare ipse valebat: cruoris guttulæ ex nare interdum decide-
bant. Puer hic gracili corpore erat, colore ferè pallidus delicatule
vivens, ac melancholicus: ex ciborum ingurgitatione nimia iti-
33 dem febricitabat. Haud absimilem ferè casum notavimus in altero
paulo minoris ætatis puero filio D.Gaetani Recco Neapolitani Equi-
tis

tis optimi equidem viri, ac amici mei semper colendi: qui utique puer D. Gaspar dictus post gravem morbum, quem Fogiæ perpessus erat, & per mensem convaluerit, & cachecticus ferè semper apparuerit, cum inappetentia in febrem quotidianam iterum incidit; quæ circa vesperas cum tussi sicca, genarum rubore, ac notabili quadam abdominis tensione circa latus dexterum, ac propè hepar quotidiè ingravescebat: quæ pars cum tangeretur, tensa, ac dura manebat, & nimium dolebat. Cum ipsa tensione dolor sub costis mendis quoque percipiebatur, sed non adeo periodicus, ut in priori casu; at vagus: qui veram similabat Pleuritidem; adeo ut Medicus quidam inflammationem internam jam esse firmatam fermè asserebat; at ego constanter negabam: ac parentibus ejus ex illius tristi nuncio summopere afflictis primarum viarum morbum esse dicebam, ac inflammationem abesse. Lingua humida erat, nulloque modo tincta; ac naturalis: urinæ in principio tenues, & decoloratæ; postea verò colore magis saturæ. Aderat interdum materiæ mucosæ per alvum fluxus; interdum ferè cretaceus. pulsus licet in febris vigore, ipsaque accessione duriusculus foret; remittente febri durities haud percipiebatur. Consideratò ægroti corporis habitu, ac ejusdem cachectica propensione; & ex priori gravi morbo totius corporis œconomia admodum læsa; & succis torpidioribus jam factis, ac nimis crassis ad meam sententiam me perduxi, exitumque felicem quamvis lentum hujus morbi prædixi. Hic enim puer interpositis plus minus duabus hebdomadis, prout nova cachodilia in mesenterio colligebatur, in febrem ferè similem coincidebat; donec vere novo jam facto, apricante anno, crassis elasticatis humoribus; spiritibus vigentibus, solidorum vigore acquisito, ac robore in pristinam valetudinem sese reduxit.

De quibus mesentericis febribus videantur Auctores, attentèque cognoscant practicantes. Ex quibus facilè fallimur in ægrorum maximum detrimentum, ac summum dedecus artis. Quare dolor hic lateralis rectè perpendatur uti totius curæ ferè cardo alter: cui potius purgatio, quam sanguinis missio innitatur. Et hic est ille dolor, de quo loquutus est Hippocrates lib. de vict. rat. in morb. acut. 34
* §. 12. cum inquit. *Si verò sub septo transverso fuerit dolor, ad cla-* 35
* *viculam autem de se significationem non præbeat alvum mollire oportet.*
At non in quolibet dolore sub septo transverso (ut inferius dicemus) 36
indiscriminatim purgare oportet. Et quod maximè notandum est, etiam si in his febribus cum hoc dolore sanguinis sputum quandoque appareat, quod rarum est; tamen verò pleuræ inflammatio 37
haud absolutè dicenda; uti de lumbricis diximus: quoniam uti ex abdominis tensione sanguini transitum per inferiora præpediente cruoris hæmorrhagia fit, seu ejus stillæ promanant (sicuti Hippo-
* crates lib. prænot. ait n. 25. *Quibus in præcordium dextra, aut sini-*
* *stra parte tenditur aliquid in febre cum dolore capitis; idque neque*

38 *cum dolore præcordiorum, neque cum inflammatione ſanguis è naribus fluet*) ita pariter ſanguineum ſputum haberi facile erit abſque eo quod inflammatio adſit. *

39 Sunt & aliæ lateris dolorum ſpecies, uti poſt pulmonum vomicam, empyema, tubercula: qui febrem acutam interdum non habent, aliquando hecticam, & mitem; interdum nullam, & intermittentem, quæ verò aliquoties acuta fit, cum nova pulmonum inflammatio ſuperveniat: Quando autem hæc abeſt, dolor juxta ſuppurationis gradum, ac tuberculi ſenſibilior; quandoque nullus, ſed tantum gravitas quædam, & tuſſis ſicca: attamen ſi æger in partem oppoſitam cubet, dolor ſenſibilis eſt, uti interdum ſi ſupinus jaceat: & hic notus eſt, quia diuturnus, & ad plures menſes, & ad annum extenditur.

Et hæc dicta ſufficiant pro Pleuritidis diagnoſi: quibus rectè perpenſis, ac diſtinctis veluti è ſpinis flos colligetur: & cura ad ſuum ſcopum collimabit.





JOANNIS BAPTISTÆ VERNA

Lancianensis Phil:, ac Medic: Doctoris,

E T

Vigiliensis Physici Primarii PRINCEPS

Morborum Acutorum PLEURITIS.

PARS QUARTA

De Pleuritidis Signis Prognosticis.

CAP. I.

De Pleuritidis prognosi ex dolore.

SIgna prognostica Pleuritidis plusquam necessaria sunt: nullus morbus magis quam hic ægrotos inopinatò perimit cùm signis bonum indicantibus; & Medicos ignominia obruit. Medicis prænotio præsertim maximè opportuna est. Hu- 1
mana enim vita juxta immortalem Senecam fretum est sco- 2
pulis, cæcisque syrtibus intersperfum; nimbis, ventisque, ac procellis expositum. Homo quidem navigium est noviter excusum, & ex utero matris veluti navali in hoc mare deductum: quod infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventutem, virilitatem, consistentiam, & senectutem percurrit; veluti totidem urbes in littore sitas. At si homo propè quamdam earum (juventutem forsan) aliquo morbo uti pernicioso turbine fortè conjiciatur; natura hominis Medicatrix tanquam peritus nauclerus omnia, ad quæ valeat, patrabit. At quandoque nimis turgente æquore, ut semiplenum à nova unda (quæ erit plethora, & cacochimia) opprimi periclitetur: aut ruptis ruderibus; id est viribus fractis: vel carbasis laceris, & discis-

diſciſſis; uti vaſorum ſciſſuris internis, ac inflammatoriis: vel denique tabulis è latere diffractis; ſicuti externis vulneribus, extero quoque auxilio indigens idem implorabit. Medicus idcirco, uti hujus artis nauticæ peritiſſimus, naturæ libro inſtructus, ac adnotationibus, locique practicus, ſcopulorum, & ſyrtum; in littore ſtans vexatum hominem procul proſpicit: & ut ei ſuccurrat nova rudera mittit, cymbas, homines, & carbaſa; præſidia s.3 quæcumque: & quicquid utile, ac neceſſarium erit ſubminiſtrat: modumque ſecuritatis docet. At quid? Ad tutandum navigium ea hactenus non ſufficiunt: oportet inſuper, ut æquora, ac ventos proſpiciat: Cælique & ſyderum aſpectus obſervet, & futura cognoſcat, ne nova tempeſtate ingruente improvidus omne perdat opus. Et ſi cognoverit ad exitium tendere ægrum, morbumque victurum; ut prædicat oportet, ne ignarus, de malo regimine, & de futuro damno inculpetur. Vnde Hippocrates lib. prænot. ait. *Quum* *
etiam ſi divinum quidpiam nobis ineſt, hujus quoq; providentiam perdiſce- *
3 *re; ſic enim optimo jure, & admirabilem, & bonum ſe præſtabit Me-* *
dicus: quos enim ſuperſtites fore cognoverit, eos rectius quoque ſerva- *
bit; utpote ex multo tempore ſingula conſuetè perpendens. Itaque mori- *
turos, victuroſque præſentiens, atque denuncians omnem prorſum *
calumniam vitabit. *

4 Pleuritidis eventus juxta Sennertum triplex eſt: vel enim ad ſalutem; vel ad mortem terminatur; vel in alium morbum commutatur. Inde omnia ſigna, quæ recenſebimus, ad hæc tria reducuntur. At quia dolor præcipuus in Pleuritide eſt; ex ejus igitur natura prognoſis primò ſit deſcribenda.

5 Hippocrates lib. prænot. §. 4. ait. *Quicumque dolores ex his lo-* *
cis (s.3. circa pulmones, & coſtas) non ſedantur; neque ad ſputorum *
purgationes, neque ad ſtercorum alvi ſubductionem, neque ad venæ ſectio- *
nes, & victus rationem; ac medicamenta eos ad ſuppurationem verti *
ſciendum eſt: Dolor hic, qui ex his haud penitus remittatur, præ- *
6 ſertim poſt ſputum quodammodo craſſiorem, & cruentum; vel poſt reiteratas phlebotomias (uti inferius ſubdit. *Quicumque verò dolores* *
in his locis non ſedantur, neque ad expuitiones, neque ad venarum *
ſectiones, ac victus rationes ſuppurantur) à ſecundo varicoſæ inflam- *
mationis genere pendet: & quamvis quodammodo remittatur, exonerata s.3. materiæ morbificæ parte intra vaſa contenta, quæ eum adaugebat; tamen verò ipſe conſtans, & notabili ſigno adhuc per-
7 manebit; uti tyrones adnotabunt. Hunc dolorem ſecuri dignum appelare ſoleo; eo, quia omnia inſtrumenta phlebotomum, novacula, & alia irrita redduntur; ſed cæſio, aut diſruptio ex radice requiratur: qui utique dolor in praxi non minus ægro, quam Medico moleſtus eſt: uti in Antiphonis filio ægr. 9. ex 7. epid.

8 Hippocrates primo prorrhet. ſect. 3. tex. 5. ait. Si *Pleuriticus* *
dolor ex ſputis bilioſis abſque ratione evanuerit, ægri in delirium incidunt: *

Ut

Ut ſuperius diximus: aut mens aliò tendit; aut varicoſa inflamma-
tio corruptiva, & adeò magna fiat, ut ex impedito ſpirituum reflu-
xu læſio haud percipiatur à mente: aut dolor vagus ſit unde ait Ba-
glivus. Si dolore inflammatarum partium ceſſante, præſertim ſi in
Pleuritide, vel aliis membranarum partium inflammatione hæc ac-
cidunt; febris adhuc perſeveret, vel augeatur cum pulſu parvo in-
termittenti, frequenti ſudore frigido &c. æger enim poſt duodecim 9
horas à doloris ceſſatione delirabit: & paulo poſt indubiè morietur.
arguitur enim inflammatio jam terminaſſe in gangrænam. Et atten-
denda ſunt, quæ Etmull. ait. Pleuritici dolore levati, facie triſti
facta, oculiſque perturbatis ſignum eſt metaſtaſeos pleuriſeos in
cerebrum: caſuſque utplurimum lethalis eſt. Et ſubjungit. Deliri-
um, quod in Pleuritide obſervatur: aut ſequitur fortem pleuriti- 10
dem, negligatur tanquam ordinarium ſymptoma; Si verò delirium
mitiorem conjunctam habet pleuritidem, mitioremque dolorem 11
thoracis, ac per intervalla infeſtantem de metaſtaſi ejus in caput eſt
metuendum. hæc ille. Eo quia delirium fortem Pleuritidem ſubſe- 12
quens ex ſpirituum irritatione, ac perturbatione fit à vehementi tho-
racis læſione inducta; caput verò idiopathicè haud patitur: at ſi ve-
rò thoracis dolor remiſſior ſit, ut ſpiritus capitis quoque incolas per- 13
turbare haud valeat, & delirium accidat; indicatur quod caput pri-
mariò quoque coafficiatur; & in meningibus ejus inflammatio etiam
fiat: vel thoracis dolor mitior erit, ac gravativus potius ex inflam-
matis pulmonibus, & inflammatione ad gangrænam quoque tenden-
te delirium evenire poteſt. Ex his habetur, quod ut tutius ſolvatur 14
Pleuritis, neceſſe eſt ut prius ſolvatur febris, & poſtea dolor; &
non è contra. Doloris abolitio ante febris finem ſuſpectus eſt.

Dolores pleuritici à ſuppuratione habita quoque remittuntur; ut 15
in Metone ægrot. XIII. Unde in tumoribus, atque inflammationi-
bus internis, quæ diris cruciatibus miſeros ægrotantes divexarunt;
ſi fortaſſe deinde ſedentur cautos eſſe oportet, tam in propinandis
remediis, quam pronuncianda prognoſi; ne inopinatò rupto abſceſ-
ſu ſuffocetur æger; aut morbus gravior inde ſequatur.

* *In dorſi, ac pectoris dolore mictio cruenta ſuppreſſa perniſioſa eſt.* 16
Docet Hippocrates Coac. prænot. Ex inflammatione enim pleuræ
in ſua radice 5.3. in dorſo impeditus cruor per urinam in partem
excernitur: ſi deinde ſupprimmatur maximæ convulſionis, aut ſum-
mi cruoris cum latice coaguli ſignum erit: mortemque adventantem
oſtendit.

* *In Pleuriticorum doloribus commodum eſt alvum molliri, ſputa colo-* 17
* *rari, ſtrepitus in pectore non fieri, urinam bene procedere. his autem*
* *contraria difficilia ſunt, itemque ſputum dulce fieri.* Hippocrates
ib. Genericum hoc Hippocratis documentum eſt ubi alvum emolliri
haud ſymptomaticè intelligere debemus ex materia tenuiori, & la-
tice percolato; ſed criticè ex compactiori, ſejunctoque à ſanguine
craſ-

craſſamento. Idcirco ſubjungit ſputa colorari 5.3. aquea, ſeù lymphatica ex altera materia magis compacta craſſeſcere, & intendi. Idcirco ſtrepitus non accidit, quia materiæ morboſæ pars per alvum deturbatur; pars per ſputum, & per urinam quoque excernitur: ut clarius ib: confirmavit; ut inferius dicemus. Contraria difficilia ſunt: itemque ſputum dulce, quod ut infra pariter de Peripneumonia dicemus tumoris ſuppurationem indicat.

18 *Quibus autem pleuriticis in principio quidem dolores molles ſunt,* *
quinta verò, aut ſexta die exacerbantur, hi magis ad duodecimum per- *
veniunt, & valdè ſervantur. periclitantur autem maximè ſeptima *
die, ac duodecima: ubi verò bis ſeptem dies effugiunt ſanantur. Ut ſu- *
perius diximus de Pulmoniæ ſignis hi dolores molles morbi initio ſunt: magna enim materiæ moles adeſt; ſolidorum tonus mollior; indeque cum exacerbantur indicium eſt ad poſtremum perveniſſe gradum tumorem, ac materiam veluti torpidiorem, & difficilem, ut ſolveretur; indeque pauci ſpiritus ſimul elaborantur: unde à ſexto ad ſeptimum vexatione magna inducta, ipſiſque ad ſuccurrendum imparibus in ſeptimo ægri ſuffocantur: & præceps hic morbus in validioribus ad duodecimum interimit: nec decimum quartum diem lethum protrahit. Unde ſubjungitur: *Si verò ultra feratur morbus ſervantur.* Eo quia vires ſuperiores habitæ morbum diſſoluunt.

19 *Quibus in febre dolores circa lumbos, & infernas partes oborti, ſe-* *
ptum tranſverſum contingunt, infernas partes relinquentes pernicioſi *
ſunt tum alias, tum ſi aliud quoddam ſignum pravum accedat; ſi verò *
alia ſigna non fuerint prava ſuppuratum fore timor eſt. Coac. præ- *
not. Dolores iſti circa lumbos, & inferiores partes oboriuntur à cachodilia in meſenterio abundanti, ex qua præponderante hoc à ſua radice 5.3 peritonæi principio, & fibris ex lumbis porrectis inferius ducitur. Quæ materia non ſolum nimia, at craſſa, & forſan acris, & irritativa inferioribus partibus relictis ad ſuperiora aſcendat, & in partibus ſpiritalibus figatur pernicioſum eſt; tum ex ſe, & ratione eſſentialis febris, quæ maligna ſit, vel inflammatoria; tum etiam ratione ſymptomatis 5.3 inflammationis, & tumoris, qui in partibus jis, ac ſepto tranſverſo præſertim facilius excitari valeat: inde hoc tantum permanente, remota eſſentialis febris pernicie ſi cætera ſigna non adfuerint prava, ſuppuratum fore timor eſt.

20 *Dolor in pectus firmatus torpore malus in febre eſt: hi repentè pereunt.* *
Inflammationis pulmonum maximæ, pericardii, vel ipſius cordis ſignum eſt: in qua partes non ſolum torpent, ſed reſolvuntur, & ut alibi ait Hippocrates *ſyderantur.*

21 *Quibus lumborum dolor, & lateris ſine cauſa manifeſta hi Regium* *
morbum incurrunt. Idem ib. Dolor hic meſenterium, aut alia in- *
fimi ventris viſcera tenaciori materia, & effœta inferciri oſtendit; unde acidum exaltatum, ex quo color intenſus, ac flavus inducitur, humores figit, obſtructionemque parit.

* *Qui-*

* *Quicumque verò dolores in his locis non sedantur, neque ad expuitio-*
* *nes, neque ad venarum sectiones, ac victus rationes, suppurantur.* ib. Denotat abscessum jam factum esse, ac è consortio ejusdem, quod educitur, excerni.

* *Quibus mulieribus ex febribus dolor mammarum fit sputatio cruenta,* 23
* *& non fæculenta oborta soluit dolores.* Qui textus nostram clarissimè probat opinionem: quoniam in his ex sanguinis turgescentia mammæ dolent; oris venæ aperiuntur; unde spuitione, & non tussi eiicitur.

CAP. II.

De Pleuritidis prognosi ex sputo.

Sputum in omnibus pleuriticis, ac peripneumonicis facilè, ac citò expui convenit, & flauum sputo admixtum esse. Quod verò longè post do- 1
lorem educitur flauum, aut non mixtum, & multam tussim inducens malum est. ib. Facilè, ac citò expui sputum fibram esse laxatam indicat: unde cruor effœminatus facilius educitur: & quod sputum proximius à dolore excernitur, materiam morbificam per resilitionem jam educi, indeque dolorem levari: è contra verò quod post dolorem diutius exierit aliud, quam quod deberet, extruditur: & hoc arguit materiam morbificam, ac radicalem haud educi, sed tantum salivam flavam: & plus intus esse quam excerni ostendit: at potius in abscessum tumorem suppuratum esse significat (uti ex subsequenti textu plenè arguitur) Idcirco flavum, non mixtum sputo veluti in oris glandulis, & emunctoriis haud unitum, sed è via tracheæ uti peregrinum adueniens: indeque tussis multa. *Et malum* quia phthisicus facilius moriturus est æger.

* *Febrire verò, & tussire, ac dolere pertinaciter, & sanguinem recen-* 2
* *tem semper spuere incommodum est.* ib. Ostendit enim hæc à tumore extra vasa oborto promanare, ac sanguinem recentem, id est, non lentescentem, ac effœminatum tumoris radicem excerni; at inani irritatione symptomaticè expui.

* *Pleuritici, quibus in principio sputationes penitus purulentæ sunt,* 3
* *tertia die moriuntur, aut quinta: Si verò has effugerint non multo me-*
* *lius habentes septima, aut nona, aut undecima suppurari incipiunt.*
* ib. Dixit in principio *sputationes penitus purulentæ*, id est omnino mutatæ à naturali sputo 5.3 circa consistentiam, & colorem; veluti virides, ac flavæ, & densæ verum, & genuinum pus similantes. Pus enim syncerum tam brevi tempore, & morbi initio illicò fieri haud credibile est, ac statim excerni (ut ex ejusdem textus sequentibus

bus verbis apertè colligitur) & præ eorum nimia tenacitate, & colore nimium cruoris vitium indicante præceps periculum habetur. Quæ si adeo rejiciantur, ut penitus melius se habeant ægroti, absque genuino abscessu sanantur: at alias; prædicto tempore suppurantur.

4 *Pleuritides siccæ, & sine sputo difficillimæ sunt: horrendæ quoque hæ, in quibus dolores supernè sunt*: ib. Pleuritides omnes nihil spuentes difficilem morbi eventum habent; at horrendæ; id est magis periculosæ sunt, in quibus dolores *supernè sunt*: Quæ à genuina thoracis partium inflammatione procul dubio pendent; ac tumoris magnitudinem ostendunt; aut illius nidum extra vasa esse significant; ex quo sputum deficiat.

5 *Sputum in Pleuriticis tertia die maturari, ac expui incipiens citiores solutiones efficit; verum posterius tardiores*. ib. Quod sputum in ipso principio interdum evenire observavimus cum ægri salute. Dicitur *maturari*; quia subtile, ac tenue difficile morbi signum est, & causa morbifica crassior est.

6 *Quibus pleuriticis strepitus sputi multus in pectore est, & facies tristis, & oculus morbi Regii colore infectus, & caliginosus hi pereunt*. Textus hic maximè notandus morituros plerumque significat: facies hæc summam hominis perturbationem internam præferens à Medico
7 prius inspicienda sit. Et ille auriginosus color valde portentosus est; uti sæpius experti sumus: summam materiæ morbificæ tenacitatem,
8 ac vitium ostendit, acidumque nimis figens, ac evectum: à quo color ille non quatenus à bile veluti calidiori humore juxta veteres; sed uti venenato succo viperarum virus coæquante, ac figente, in-
9 dicatur. Qui color multoties indivulsum ferè signum Hepatitidis est: cum ex tumescente jecore, ac inflammato bilis, seù pars salino-sulphurea è cruoris massa minimè repurgetur, & ad cætera munia haud debitè secernatur, ipse sic coinquinatus ambitum corporis exteriorem, ipsamque cutim auriginoso illo colore perfundet, recrementa ea in illa ablegans. Ex quo pravi spiritus animales elaborantur: & ex interna perturbatione *caligant oculi*. Quo colore periit Euridamus v. Epid.

10 *Pravum autem penitus est sputum flavum, meracum, & viscosum, & album, & rotundum, & cum virore pallidum; valde & spumosum, & lividum, & æruginosum: pejus autem aliquando est*
11 *id quod ita meracum est ut nigrum appareat*. ib. Sputum flavum meracum id est flavum intensum, & viscosum instar visci veri, quod tenaciter adhæreat, ac difficillimè per os educatur; ut ægroti panno lineo idem evellere quandoque cogantur: & quod in scutellis rotundum ferè conglutinatur; quod globuli instar exactè sphærici inter-
12 dum expui mirati sumus. Et hoc sanè sputi genus in praxi plerumque, ac ferè semper funestum fuit præcipuè phthisicis. Quæ omnia
13 recensita sputa; uti etiam cum virore pallidum, lividum, ac æru-

gineum

gineum nimiam cruoris lenteſcentiam denunciant; ejuſque lymphæ invincibilem viſciditatem oſtendunt; acidique figentis, ac ſummoperè præpotentis indicia ſunt. Valdè ſpumoſum pravum quoque videtur: ejuſdem materiæ indolem repugnantem arguit; quæ nonniſi 14
ſummo impetu, ac reiterato nixu expuitur. Pejus quoque meracum 15
eſt ad nigrum vergens: quo magis obfuſci coloris eſt ſputum, minus fluidum eſt: uti inferius dixit. *Pernicioſi item, qui nigra fuli-* 16
ginoſa ſpuunt; aut quibus veluti à vino nigro ſputa fiunt. Quod ſputi genus conditionibus boni ſputi veluti oppoſitum, ac non educibile pernicioſum utique foret, quamvis in morbi ſtatu appareret: vires enim à morbo fractæ idem exprom̧ere haud valent: & ſi in principio morbi fiat, magis pravum eſt; oſtendit enim in limine materiam morbificam inſuperabilem eſſe, ac ægrum ſuccumbere cogi: uti ſubjungit. *Prava ſunt etiam ſputa ſpumoſa, & flava, & nigra, & æruginoſa, ac viſcoſa, & quæcumque citò colorantur. at mucoſa, ac* 17
fuliginoſa, quæ citò colorantur, & ſecuriora ſunt. Ex cujus textus 18
dilucidatione aliud ſonant verba *viſcoſa*, ac *mucoſa*. prius enim 19
(ut ſuperius diximus) inſtar genuini viſci eſt: poſterius verò materiam non adeò compactam, ſed minus tenaciorem, ac paulò fluidiorem: quam diſtinctionem ex Warthon notavimus. Et ſignandum, quod ſputum ut conducat, morbi initio haud colorari debeat; quia tunc (ut ſic dicam) ſymptomaticum eſt; id eſt materia haud concocta, & ex initio ex ſua natura viſcidior excernitur. Cum verò poſtea coloratur materiam jam prius compactam diſſolvi indicat: cujus pars invincibilis ex perenni febris fermentatione (acido, viſcidoque poſtremò conſtipatis) per os expuitur: è contra ſuccus viſcidior, & initio coloratus nova agitatione, ac febre compactus in ſtatu adeo conglobatur, ut nullo modo educibilis fiat. Unde Hippocrates addidit. *Quæ verò intra quintum diem ad coctionem colorantur, meliora ſunt.*

Regulam generalem tradit Hippocrates de ſputo, cum ait ib. 20
Omne porro ſputum non ſolvens dolorem malum eſt, ſolvens autem bonum. evacuata enim morbi radice. ipſe ſubjungit. *Bonum verò eſt & in his, & in omnibus circa pulmones morbis facilè ferre morbum à dolore liberatum eſſe, ſputum facile educere, benè ſpirare, & ſine ſiti eſſe, & totum corpus æqualiter caleſcere, ac molle eſſe: & ad hæc ſomnos, ſudores, urinas, alvi egeſtiones bonas eſſe. Mala autem ſunt his contraria. Siquidem igitur omnia bona ad hoc ſputum acceſſerint ſervari homo poterit. Si verò partim affuerit, partim non, non ultra decimum quartum vita producta peribit: quod ſi contraria ſigna accidant citius etiam.* Et juxta prudentis Medici judicium 21
conſiderabitur utrum homo perierit certè, quamvis ſigna partim bona, & partim mala fuerint; eo quia juxta ægri naturam, vires, ac ætates poterit morbus produci: & quamvis quandoque periculoſiſſimus ſit; tamen haud penitus lethalis erit.

22 Rumpuntur autem plurimæ suppurationes partim vigesima die,
partim quadragesima; uti Metoni ex 7. Epid. partim sexagesima,
23 juxta morbi sedis varietatem: sicuti in Pleuriticis veris abscessus ci-
24 tius rumpitur. In Peripneumonicis quadragesima die, quandoque
etiam sexagesima die; & juxta quoque ætatem, ac corporis habi-
25 tum: quoniam in robustis citius fit ruptio, quam senibus, qui non
26 adeò facilè suppurantur. Juxta corporis habitum ex peculiari fibra-
rum systemate, solidorumque textura suppuratio quoque variatur;
eadem ratione, qua diximus de termino Pleuritidis, & Peripneu-
moniæ. Unde Hippocrates subjungit ib. *Quibus igitur dolor in* *
principio incumbit intensus, & spirandi difficultas, & tussis cum spu- *
tatione ad vigesimum diem, aut citius ruptionem expecta: Uti nos *
quoque decima quarta, & decima septima die fieri quandoque ob-
servavimus in Pleuritide: in Peripneumonia è contra. ut lib. 4. de
morb. cap. de Peripneum. fusius dixit, & nos explicare promisimus.
Siquidem igitur decima quarta die resiccatus fuerit, & non amplius *
purulentum (id est pus similans ut diximus) *tussiendo rejecerit, sa-* *
nus est. sin minus ad duodevigesimam, & vigesimam primam ani- *
mum adverte, & siquidem tunc illud quieverit evadit: sin minus in- *
27 *terroga ipsum, an dulcior sit saliva; & si affirmaverit hoc, scito pul-* *
28 *monem ipsi suppuratum esse, & morbus annum durabit; si non in qua-* *
draginta diebus pus eduxerit morbus lethalis est. verum in primis die- *
bus hi maximè manifesti fiunt. Si enim putrefactum, ac purulentum *
expuerit in diebus duobus, ac viginti & non exulceratus fuerit; eva- *
dit: sin minus non. *

Ad cujus textus dilucidationem duos præ cæteris casus in promptu
habeo: priorem funestum in patricio Melphict. præsbitere D. Julio
29 de Luca meo compatre: qui à Peripneumonia, quæ levis in princi-
pio apparuit post quadraginta dies & ultra post replicatos rigores,
ac erraticos (adeò ut Medicus alter febrem intermittentem putaret,
tertianam asserebat; at ego qui ex principio cuncta diligenter nota-
veram, de suppuratione dubitabam; uti ægroti fratri viro erudito,
ac Juris Doctoris sæpius prædixeram) tertia noctis hora materiæ
ichorosæ fluidæ, ac nigræ ferè pinctam cum summo fætore, ac tussi
30 excrevit; adeò ut ego ad ægri vexationem ante ruptionem accersi-
tus, dum cum domesticis ejus in eodem cubiculo adessem, ex fæto-
re habito ex vomica rupta cum omnibus jis incolis concitatiori cursu
ad atrium descendere coactus fuerim; summoperè me lacessente fæ-
tidissimo illo odore, qui potentissimi liquoris C.C. succinati, aut
jam putrefacti cadaveris instar gravissimè olebat. Qui æger ante fe-
31 re annum phthisicus, ac empyicus obiit. Posterior casus est cujus-
dam Apothecarij Salvatoris de Mozzico, qui ex rupta vomica, ex
qua materia candicans exierat, convaluit: & adhuc benè valet, &
vir torosus est. Quod & egomet admodum sum quoque admiratus.
Idcirco post ruptionem pro prognosi attendenda sunt ea, quæ lib.

Coac.

* Coac. prænot. adnotat Hippocrates: *Quibus igitur, & febris sta-* 32
* *tim post ruptionem decidit, & cibum appetunt, & pus facilè educitur*
* *album inodorum;* (qualis erat ille Apothecarij) *leve, ejusdem co-*
loris, & à pituita liberum, & alvus parva compacta egerit, plerumque
brevi servantur: quos verò & febres sequuntur, & sitis, & cibi fasti-
dium, & pus lividum (quale prioris patricii) *aut cum virore palli-*
dum, aut pituitosum, aut spumosum, & alvus insuper liquida sit, mo-
riuntur. In hoc enim casu partium, ac solidorum robur ostenditur: 33
nec materia contenta veluti in cystidi glandulosa diù retenta fuerit,
adeò ut corruptionem summam adhuc attigerit, cum sit partium
nutrimentum simplex: nec insanabile ulcus pulmonibus relinquit;
imo tota materia proscripta decidit, ac excernitur. In priori verò
ob debiliorem partium texturam, ac atoniam, & ob malignæ, pra- 34
væque materiæ diutius ibidem retentionem, quæ ubi suppurata
fuerit, summam ferè concipit corruptionem, ac dissolvitur; sinuo-
sum ulcus, ac insanabile fit relaxatis, laceris, ac corrosis adjacen- 35
tibus fibris; unde sinus ipse ob atoniam deperditam consolidari am-
plius nequibit: & in gangrænam sæpius facilè abit ut præmoriantur.
Quod pus lividum, pituitosum; id est viscidum, ac spumosum 36
ostendit, aut ulcus profundum esse; aut materiam tenaciorem,
quæ non tota educitur, sed radicatur, sinumque excavat, & cor-
pus occultè inficit. Unde etiam si spumosum est, quoniam vi edu-
catur; idcirco pars semper remanet ut solida paulatim corrumpat:
præterquamquod hi moriantur etiam, quia in toto præter ulcus sa-
natu difficile materia viscida, ut superius diximus, invincibilis ex 37
febri continua magis, magisque impacta fit; adeo ut eradicari ne-
queat: imo serum fluidum, ac tenue, quod eam diluebat, excer-
nitur: Quod apertè notavimus Hippocrates cum in fine textus sub-
junxit; *Et alvus insuper liquida fit*. E' contra in priori casu, in quo
materia crassa eliminatur omnino, dixit. *Et alvus parva compacta*
egerit. Notandum quod ex his, qui hæc prava signa habent, haud 38
omnes illicò moriuntur; sed alii quoque phthisici fiunt, ac vitam
* protrahunt: unde Senex subjunxit. *At quibus aliqua ex prædictis*
* *accesserint, aliqua non, horum aliqui pereunt, aliqui multo tempore*
* *servantur*.

* *Quo suppuratos mitius habentes sputorum graveolentiæ sequuntur, eos* 39
* *recidiua occidit*. Hæc recidiva succedit præsertim jis, qui, ut su-
perius diximus, sputa cum pure malè habent. In quibus enim mor-
bus remittere videatur; tamen verò quod intus remanet magis pu- 40
trefit, & ferè sphacelatur: unde symptomata graviora insurgunt,
& ex recidiva occidere videntur; cum re vera morbus unus quamvis
fallendo perimat. Idcirco regula sit priorem textum puris albi,
& levis semper examinare, & quicquid in eo continetur ada-
mussim perpendatur.

* *Quibus à pure specillum coloratur veluti ab igne plerumque pereunt*. 41

ib.

ib. Color iste internè ruber, seù potius rubeo-violaceus, & ferè meracus; ab acido forti ferrum, aut argenteum vas, uti nos notavimus, eodem colore inficitur, qui non adeò facilè, etiamsi abluatur, abstergitur. Et ex hoc textu mea firmatur sententia, quod in sputis viscidis, &c. quod remaneat partes solidas corrodat, & ad ultimam corruptionem reducatur; indeque gangræna nascatur, & mors subsequatur.

42 * *Qui in peripneumoniis siccis pauca concocta educunt horrenda res est.* ib. In hisce peripneumoniis cum conglobatur cruor, & adeo impactus sit ferè ab initio; ut dissolvatur necesse est incidatur: & cum materia multa sit & crassior, ejus pars eliminanda quoque magna erit: idcirco ut conducat tota educenda est, & non pauca: alias aut suppurabitur; aut suffocabitur æger. Tamen verò si hæc materia arte minuatur uti sanguinis missione (ut ait Hippocrates) pauca postea si excernantur conducet, & servabitur æger.

43 * *Ex pulmonis suppuratione, & circa ventrem aliquando, ac clavicu-* * *lam dolores, & anxiè stertere sputi copiam in pulmone significat.* ib. uti in Metone ex 7. Epid. Ex pulmonis enim suppuratione, quæ peripneumoniam sequitur, facta pulmonis vomica, in cujus sinum multus humor confluit, & vitiatur: ex cujus redundantia, ac præponderatione stertit homo; clavicula quoque dolet, & circa ventrem, id est propè ventris mollitudinem, & circa costas nothas: qui dolor circa ventrem magis ingravescit, cum empyima quoque fit.

44 *Lateris dolor in sputo bilioso præter rationem evanescens mentem* * *emovet.* ib. Cum sputum biliosum est, non adeò facilè solvitur * Pleuritis: & si jam solvi incipiat, pars propè thoracem congesta, segregata deinde in caput figi quandoque poterit: indeque in cerebro inflammationem parere quibit, & mentem amovere, quæ adhuc amovebitur, nisi materia in thorace, aut pleura contenta, aut pulmonibus eradicetur tota, sed reliqua penitus corrumpatur, & continens solidum in gangrænam quoque redigat.

CAP. III.

De Pleuritidis prognosi ex lingua.

1 *Quibus pleuriticis in principio lingua biliosa est, hi septima* * *die judicantur: quibus autem tertia, aut quarta die circa no-* * *nam.* ib. Uti diximus de peripneumoniæ distinctione lingua flava, & * biliosa materiam crassiorem è vasis dissolvi, morbumque ad concoctionem tendere significat.

Bulla

* *Bulla sublivida oriente in lingua in principio, qualis est ferri*
* *tincti in oleum, difficilior solutio contingit: & judicatio quidem*
* *ad decimum quartum diem pervenit, sanguinem autem plerumque*
* *expuunt*. Qui color obscurus, & nigro-oleaginosus dici consue-
vit, à nimia cruoris densatione fit; unde non ita facilius discu-
titur: & hi plerumque cruorem spuunt.
* *Peripneumonicis, quibus lingua tota alba, & aspera fit, ambæ* 3
* *pulmonis partes inflammatæ sunt: quibus verò dimidium una jux-*
* *ta quam apparet*. ib. Id provenit ex membrana interiori pulmo-
num linguæ continua, quæ utique bifida est. Ex præponderantibus
pulmonibus, aut eorum parte linguæ membrana juxta rationem
magis contrahitur, ac exiccatur: indeque in ipsa ficciori salivæ hu-
midum magis restagnat (ut sic dicam) & inter papillas ferè magis
undulat, & agitur, ac spumescit: at quod humidius est, ac tenuius
facilius abit in auras; reliquum verò magis crassum adhæret, ac ve-
luti diutius agitatum albescit. Et in praxi hæc distinctio cum volu-
ptate, & admiratione Medicis passim occurrit. Et cum febris acuta
erit, genarum rubor, & linguæ pars alba de peripneumonia illico
suspicio fit.

CAP. IV.

De Pleuritidis signis ex urinis, & alvo.

* *QUibus in peripneumonia urinæ crassæ in principio, deinde ante* 1
* *quartum diem attenuantur lethale*. ib. Pleuritidem magis au-
geri, & sanguinis crassamenta, quæ per urinam prius excernebantur
in tumorem majorem conglobari signum est: unde si ipsæ attenuan-
tur, morbus inexpugnabilis redditur: & æger suffocabitur. tamen
verò si per alias vias materiæ crassæ evacuatio fiat, haud lethalis est.
* *Alba verò, & diffusa pellucida urina mala est, maximè si phreneticis* 2
* *comparet. mala est quoq; quæ post potum citò mingitur, & præsertim pleu-* 3
* *riticis, & peripneumonicis*. ib. In phrenitide pessima est; materia enim
crassiori in capite remorante, ac ex convulsione percolatur urina. Itidē
mala est, quæ post potum citò mingitur. hæcce verba duplicem sensum 4
habent: aut quæ *post potum citò mingitur alba, & tennuis est in pleuriticis,*
& peripneumonicis mala utiq; est ob rationē de phrenitide adductā: aut
quæ post potum mingitur crassior est, & nubecula alba adsit, mala
quidem est. Nam textus sensus hic non est, quod potus materia citò 5
mingatur; sed ab ea ob maximum consensum potius proritetur ad
mingendum vesica; unde quod in ea continebatur exprimitur: uti
mulierculæ, quibus difficilis mictio est, aquæ haustum in ore deti-
nendum

nendum jubent: ipsique ex eo facilè deinde micturiunt. Vnde ipse subiungit inferius. *At peripneumonicis perniciosa est, quæ in principio*
6 *quidem cocta est, post quartum verò diem attenuatur.* Sanguinis crassamenta haud decidere, & tumorem magis adaugeri indicat: aut ipsa materia ob convulsionem, ac internarum partium crispationem ferè filtretur; ob consensum præsertim pulmonum membranæ cum ipsa ventriculi, & intestinorum: potus quasi premendo, ac irritando fistularum intestinalium, & ventriculi tunicas jamjam quodammodo sensibiliores, & ob inflammationem rigidiores suimet excretionem illicò molitur.

7 *Pleuriticis urina cruenta* 5.3. *prærubra, caliginosa cum subsidentia varia, indiscreta lethalis est, plerumque in quatuordecim diebus.* ib. Hæc urina cruenta, id est, colore nimis satura, ac prærubra particulis acidis admodum imbibita sanguinem facilè concrescibilem indicat. Et caliginosa; quia internè rubra apparet, & ferè conturbata ex agitatione interna promanans: indeque haud discernitur, & separatur sedimentum, quod etiam si promiscuè appareat variegatum est juxta salium prædominium. In qua urina duo arguuntur; & acidorum causa irritans, & figens; & naturæ nixus, & summa conturbatio. Viribus proinde penitus relaxatis decimo quarto die moritur æger. * *

8 *Lethalis est item in pleuriticis brevi prassina nigram subsidentiam habens, aut furfuraceam*: ib. Prassina urina summam aciditatis evectionem indicat; quemadmodum nigra subsidentia crassitiem supremam, ac terream sanguinis partem ex fermentatione adustam, & spoliatam arguit: indeque furfuraceam eam quoque perfert. Quæ utique materia virium jacturam significat; nec amplius dissolvi habilis ea videtur. * *

9 *In pleuriticis urina subrubram habens levem subsidentiam securam judicationem significat.* ib. Hæc subsidentia subrubra portiones salino-acetosas cruoris massam figentes ab eo decidere indicat: Et subrubra cum ea non sint nimis acutæ, scabræ, ac coagulantes, sed facilè secernibiles: sicuti è contra in urina cruenta siue prærubra. uti superius diximus. * *

10 *Facie flores habente, & alvo liquidiore suppurationes circa pulmones habent.* ib. Rubent genæ (uti diximus) ex membranæ oris interni, ac pulmonis consensu: pulmone igitur præ tumore aliquo modo gravante, & ex fermentatione, & suppuratione rubet facies: & quia intestinorum membrana, uti ventriculi cum jis quoque communis videtur: indeque intestinorum illa quoque crispata quicquid in promptu est exprimitur 5.3 liquidum: Præterea dici poterit ex eo, quia liquida excernuntur, in venis crassius remanere: quod in pulmonibus compactum, nec à sero deficiente dilutum ut suppuretur necesse erit. * *

11 *Suppuratis pulmonibus per alvum pus secedere lethale est.* ib. Vel maximum

ximum abscessum arguit, ac vomicam, ex qua per fluidorum circuitum pars quoque per alvum educitur: vel ex pulmonis vomica intestina, ac mesenterij pars ex præter labente pure, aut acriori succo quoque inficiantur; unde eorum pars corrodatur, & ulceretur.

CAP. V.

De Pleuritidis signis ex respiratione, & aliis.

IN omnibus pectoris morbis, in Pleuritide præsertim, ac Peripneumonia respiratio sit perpendenda: bona enim respira- 1
tio semper bonum indicat; mala verò semper timenda: qua 2
nihil utique certius est: etsi pulsus ferè bonus interdum videatur, & magnus quandoque; ipsa verò adaucta formidanda est. Inde omnibus ferè prope morituris ex aliis etiam morbis hæc summoperè adaugetur: & Pleuritide ad pejus ruente ipsa difficilior evadit. Hinc est quod sæpissimè Medicos ipsos 3
decipiat pulsus fortis, & magnus in hecticis, ac pleuriticis; cum verò spirandi difficultas urgeat: quam semper attentè, & primariò notate tyrones, ne artis improperium mereamini. E' contra verò (uti etiam admonet Baglivus) pul- 4
sus varietas non admodum timenda. In pectoris enim morbis nil à naturali statu citius recedit, quam pulsus: idcirco pulsum intermittentem in Pleuritide sæpissimè notamus 4
absque periculo: imò hoc pulsu haud obstante bis, terque phlebotomiam imperavimus; uti nos centies, & centies ægris summoperè proficuam comperimus: de qua in cura fusius dicemus. Ex nimia inflammatione æger erectus sedere in le- 5
cto interdum cogitur; nec in strato decumbere potest; anxius, & irrequietus vivit, etsi rubicundus color per totam faciem diffundatur; veluti strangularetur: non solum id funestum observavi; sed altero die fato cedere ægrotos cogno- 6
vi. Uti dum hæc scriberem in quadam quinquagenaria muliere observavi: hæc mane sic sedebat, & anxia loco stare nesciens quamvis loqueretur hora pomeridiana periit: & quod notandum; cum ea vexatione, & anxietate pulsus altus, & frequens videbatur non admodum à naturali statu recedens. Unde Hippocrates ib. *Cæterum erectum sedere velle*,

malum est in acutis ; pessimum autem peripneumonicis , ac pleuriticis .

7 Si surditas aurium , aut oculorum caligatio adsit , maximè perniciosum est . Quod ex summo cruoris coagulo in capite , & in toto utique promanat . Vnde grumefacto sanguine vasa premente , aut opprimente , ac diffluente sero ea obruantur , hæ signa oboriuntur .

8 Sanata Pleuritide si remaneat tussicula quædam : & circa vesperas blandus calor per universum corpus excitetur : aut Pleuritidis recrudescentiam , aut suppurationem pronosticato adstantibus . Bagliv. ex Aretæi præcepto .

9 *Pleuritides sine convulsionibus graviores sunt his , quæ cum convulsionibus fiunt* . ib. Illæ genuinæ sunt ; hæ nothæ : & à spasmodica convulsione , passione hysterica , hypochondriaca , ac scorbutica pendent : quæ facilius discutiuntur ; & dolores vagantur , ac pertinaciam non servant . *
*

10 *Et abscessus ad crura in periculosis inflammationibus pulmonis , omnes quidem commodi sunt , optimi autem sputo purulento pro flavo evadente* . ib. Hi abscessus materiam morbificam ad partes ignobiliores verti significant , ac pulmones exonerari . Optimi sunt variante sputo 5.3 ex flavo purulento facto ; id est crassiori , ac tenaciori . Quod materiam in pulmonibus jam compactam eradicari , ac expui pariter indicabit . Vnde per sputum , & abscessum pars princeps , pulmo 53. liberabitur . *
*
*

11 *Corpora exercitata , & densa citius à pleuriticis , ac peripneumonicis morbis pereunt , quam inexercitati* . ib. Id utique provenit à fibris magis exercitatis , siccioribus , ac densis ; unde cruor in jis quacumque de causa initio stagnans paulatim , à duriori fibra ulterius intercipitur , ac conglobatur : indeque ex nimio partium vigore , earumque altiori tono maxima inflammatio nascitur secus , ac aliis , qui fibram laxiorem habent . Vnde juvenes , & rustici pulsum durum , & (ut vulgò dicitur) ferrinum habent , & hi magis periclitantur , quam senes , & molles . Vnde Hippocrates lib. primo de morb. ait . *In juniore igitur utpote quum sint affectiones vehementiores , & purgatio pro sputi ratione non fiat , & febres acutiores , & frequentiores sunt , & dolores acuti incidunt , tum in ipso affectionis loco , tum in reliquo corpore ; nimirum quum venæ sint robustæ , ac sanguine plenæ : ubi verò hæ percalescunt , dolores ab ipsis transiliunt alias ad aliam corporis partem : ac hi quidem plerumque brevi moriuntur . Senioribus verò quum affectiones sunt debiliores , & sputum ab ipsis purgetur ; & febres mitiores , ac paucæ fiunt , & dolores* *
*
*
*
*
*
*
*
*
*
*
*

* *adsunt quidem, verum exiles. & ab hujusmodi affectionibus*
* *ne senes quidem penitus liberantur, sed longo tempore afflicti*
* *pereunt.* Tamen verò animadvertendum ex Coac. quod *Ex* 12
* *peripneumonicis suppurationibus seniores magis pereunt, ex re-*
* *liquis juniores.* Quoniam quemadmodum in aliis inflammationibus puta Pleuritide propria, ac singulari pleura in senibus laxior est; indeque non adeò fortius inhæret, ac stagnat cruor; imo ipse ex illa laxiori facilius repurgabitur: sic è contra si pulmonia (in qua pulmones afficiuntur, qui natura laxiores sunt, quam pleura, & morbus protrahitur) senibus accidat, periculosior est, quam juvenibus: quia in jis pulmones laxiores adsunt, materia morbifica stagnans repurgari nequit (si suppuratio propria hic non intelligatur, sed potius verbo Hippocratico putrefactio, seu stagnatio) & sic *longo tempore afflicti pereunt.* Aut adsit genuina suppuratio, periculosior quoque erit, quia ob eamdem laxitatem, ac robur deficiens secus, ac in juvenibus pus diutius pulmones obsidebit; & sic ulterius corrodens facilius, & plerumque hominem perimet.

Quibus latus sublevatum in tumorem, ac calidius est, 13
& inclinati in alterum gravitas aliqua impendere videtur, his pus ex una parte est. Qui tumor extuberans si rectè perpendatur; & tangatur ansam præstabit paracentesi: tamen cautè procedendum est; præsertim ubi periti Anatomici desunt.

* *Quibus ex partu prodeunt alba, his verò suppressis cum* 14
* *febre surditas; & dolor acutus ad latus fit, mente moven-*
* *tur, & perniciosè habent.* Ex Coac. Lochia enim, quæ aliud non sunt, quam effœta, ac crudior, seu sanguinis pars crassior; quæ per uterum haud excreta per totum recircuit: & ubi inhæserit inflammationem internam parit in thorace præcipuè, aut veram Pleuritidem, cum dolor acutus est; aut Peripneumoniam, cum mitior erit. Ex quo acuto dolore pervertuntur, ac confunduntur spiritus: auditus quoque sensus læditur; inde delirium imminet: aut dicendum quod surditas à parte humoris in meningibus fixa promanet; indeque in capite inflammatio fiat: ex qua cruore stagnante nervi auditorii aut comprimuntur, aut à latice nimio diffluente hebetantur; unde surditas accidit.

Quæ in febribus acutis, aut peripneumonicis, aut in phrænitide, aut capitis dolore ante faciem feruntur, & frustra venantur, & festucas legunt, & floccos de vestibus evellunt, & 15

de pariete paleas, detrahunt, eas omnes malas, & lethales esse Hipp. lib. prænot. 4. Inflammationem in partibus summam hæc omnia indicant: ex qua non solum spiritus tumultuantur, ac ideæ confusæ, & variæ percipiuntur; verum etiam occulta convulsio, ac fibræ contractio adest: indeque quicquid inaniter perquirebatur à manu fere sese convellente, involuntariè accipitur, ac motus irregulares fiunt: etsi quidpiam in strato reperiant, aerem versus manum quoque subleuant, ac prætentant.



JOANNIS BAPTISTÆ VERNA

Lancianensis Phil:, ac Medic: Doctoris,

E T

Vigiliensis Physici Primarii PRINCEPS

Morborum Acutorum PLEURITIS.

PARS QUINTA

De Pleuritidis Cura.

CAP. I.

De Pleuritidis propriæ curæ epithome.

PLeuritidis cura cæterarum præstantissima est; utpotequæ à morborum acutorum Principe exigatur. Et quemadmodum præsagientem Medicum admirabilem, & quodammodo Divinum (quia futura prænoscit, ac prædicit) Hippocrates dicit; curantem, & sanantem in melius reputavit. *Perquam salutarem* (inquit) *adhibebit curationem, si futuras af-* 2
fectiones præviderit. Nam fieri non potest, ut omnes ægros sanitati restituat, quamquam hoc multo præstantius erat, quam futura prænoscere. Ita nos quoque omnia, quæ hactenus diximus, etsi mirabilia forent (quod non fateor) huic curæ veluti cæterarum Reginæ inservire dicimus: quam idcirco omni studio excolere debent Medentes. Ex qua non solum præmiis onerantur ipsi, ac opibus; at omni quoque decorantur honore. Huic ægri solummodo inhiant: cæteris verò tantum delectantur.

1

Accersitus igitur ad Pleuriticum Medicus omnia rectè perpendat, & secernat. Et duo semper veluti duplices polos attentè prospiciat, 3
&

& examinet an sit vera inflammatio, & vera Pleuritis? an verò spu-
4 ria, & notha? Ut ea, quæ debet, adhibeat: ac præsertim utro
5 utatur, phlebotomo, aut pharmaco. Et quia de humano corio agi-
tur; haud prima vice, & illico Ego meam exequor sententiam
(quod non solum tyrones, sed provectiores hoc consulant) ut mor-
bi natura melius exploretur: Horum præsidiorum alterutro indebitè
propinato cum Medici infamia ægri ruina oboritur. Interim ne vul-
6 gus ignarum prudens dilationis consilium inscitiæ tribuat; aquam
papau. rhæad. cum succo violarum, aut syr; vel earumdem tin-
ctur. cochleatim præbendam præcipio: aut oleum amygdalarum
dulc. recens absque igne elicitum (si humida præcipuè videatur
Pleuritis) paulatim lambendum dico. Quæ cuicumque Pleuritidi
indubiè potius prosunt, quam noceant. At si verò febris, ac sym-
ptomata nimis urgeant; aut ab initio haud illico accersitus fuissem
7 post duas, aut tres horas iterum redeo (aliter consueta hora, qua
eum secunda vice ad visendum vado) tunc omnia rursus examinan-
do, quæ observaveram; quicquid videbitur præcipio.
8 Hæc in quodammodo ancipiti casu admoneo: Si verò Pleuritis ve-
9 ra reputabitur, statim ex opposito brachio, interdum ex pede san-
guinem mittendum jubeo ad sex, octo decem, aut quatuor uncias
juxta ægri naturam, ætatem, ac vires, & morbi urgentiam, ac ve-
10 hementiam: quam eadem die, aut altera reiterandam curo. Et in
uno, eodemque morbo ter, aut quater sanguinem mitti interdum
11 præcipio; præcipuè si ægroti ætas, corporis habitus, ac cruoris re-
dundantia concurrant, & eò magis si pellicula illa veluti gelatina
12 in sanguine appareat: qua manente [dum hæc scriberem] maxima
ex parte in muliere quadam Vigiliensi plusquam sexagenaria gravis-
simè affecta tertia vice, & quarta sanguinem ex brachiis, ac pede
mittendum jussi: ac illam adstantium admiratione citius, quam pu-
13 tarent, liberam reliqui. Iuxta Pleuritidis causam ei plus minus in-
14 dulgeo; ex plethora pluries; à qualitate ciborum, aut eorum tena-
citate nimia parcius: & in hoc casu decocta pectoralia multiplico.
15 Vbi enim tenacitas, & non plenitudo urget, vasa non adeo tensa
16 manent, ac saltem pleniora in toto: post primam forsan phleboto-
miam decoctis magis solutus cruor spatiosiores cavitates non ultra
17 replet: at in plethora, ac majori cruoris mensura post unicam tan-
tum missionem haud sufficientem decocta adeò fluidorum, ac san-
guinis tubulos replerent, ut eorum ruptio ex necessitate accideret.
Quæ omnia prudentis Medici judicio sint mensuranda.
Post primam sanguinis missionem eò magis si sitis nimis urgeat, ac
18 lingua sicca, & arida fuerit, blandam mixturam ex aq: pap: rhæad;
& Card. Sancti pulv. C.C. phil; lap. prunell; violaceis adjunctis
propinare soleo non multam, sed frequentius; aut gelatinam C. C.
Vel si illa signa minus premant, ac lingua potius humida, & saliva-
lis quarta qualibet hora calicem parvum vulgò chicheram decoct.
pe-

pectoral. calentiori repletum exhibendum jubeo.

Et rursus post primam phlebotomiam, ut cruor deferbuisse aliquo modo, ac minui videretur; & postquam dolor mitior apparverit 19
anodyna calentia dolenti parti adhibenda præsto; uti ung: dialth: ol. 20
amygd., chamom. cum vervecino omento; cujus defectu cum panno lineo, aut charta emporacea uti præsentaneis pauperibus: interdum quoddam emplastrum parti apponendum curo; uti spermati cæ- 21
ti, meliloti, gumm. ammon. & aliorum.

Carnium usum primis diebus præcipuè si Pleuritis nimis sanguinea 22
sit, utique haud impero: ac dietam summoperè commendo juxta
* illud Hippocrates lib. de victus rat. in morb. acut. *Nam & dolores*
* *in pleuriticis statim sua sponte cessant, ubi memorabile quid spuere, &*
* *expurgari cæperint, & purgationes longè perfectiores sunt, & minus*
* *suppurati fiunt, quam siquis aliter victum suppeditet: & judicationes*
* *simpliciores, & multæ judicantes, & minus recurrentes: ptisanam* 23
* *porrò ex optimo hordeo factam esse oportet, & quam optimè coctam:*
* *præcipuè si pleuritis sit sicca, & in primis diebus nihil expuatur.* legat. Hippocrates ib. & juxta Thom. sydhenan carnium decocto limpidissimo utor tantum hora noctis sumendo cum duobus pomis coctis, aut jusculis hordaceis; & mane panatella, pane trito cum di- 24
cto brodio optimè cocto, aut borragine, endivia: si videbitur, ovum propinandum impero cum pomis. Cum eo carnium decocto ol. amygdalarum dulc. ad uncias tres plus minus ea noctis recensita 25
hora sæpius præbendum jubeo: cui nimis credo, & quod expertus sum. & sic materiæ crassioris expectorationem, & morbi reliquias quacumque via emandandas expecto.

Ad quam expectorationem, si urgeat, quandoque utor syr: hys- 26
sop., scabios., tinctur. flor. hyperic. uti fortioribus. Et hæc est ordinaria, ac trita Pleuritidis veræ cura. De quibus omnibus fusius infra dicemus.

CAP. II.

De Pleuritidis minus propriæ, ac complicatæ curæ epithome.

SI verò Pleuritis sit minus propria, ac complicata ita ut pulmo, 1
aut musculi thoracis sint inflammati, ac eorum inflammatio à quantitate materiæ crudæ, & crassæ, à cibo, ac potu pendeat; aut complicata sit cum febri mesenterica; adeò ut in primis viis cacochyliæ copia sit, quæ Pleuritidi causam & materiam subministrat: respectu inflammationis ad purgandum cautè procedo, nisi maxi- 2
ma

ma adsit consideratio. Unde primis diebus bis in die mollientibus
clysteribus alvum seducere curo: & præcipuè mane, & sero oleum
4 amygdal. dulc. ad ℥ III. aut. IV. prò vice cum brodio propinare so-
leo: & hæc est via tutissima. Quia ex replicato hoc oleo relaxatis
interdum primis viis materiæ intestinales deturbantur: & optata
5 evacuatio per alvum sequitur absque agitatione, & auctæ inflam-
mationis metu: & hoc in peripneumonia notha maximè utor, quam
à tenaciori, ac copiosiori materia natam sydhenam descripsit. In
6 quibus verò si oleum prædictum haud sufficiat, & pharmacum vali-
dius requiratur; documento Baglivi præ cæteris utor, ejusque re-
7 quisita observo. Quod si affectus inflammatorii multa signa non ad-
sint, & lingua sit humida; urina non multum accensa, & calor
non admodum acris, purgatio etiam præscribi poterit ex cassia, syr:
8 ros. aureo, &c. non verò manna, quæ serosos humores nimium edu-
cit crassis, viscidisque relictis: ad educendum enim putrem cacho-
9 chiliam syr: ros. solut. præstantius non datur, maximè si uniatur
cum decocto senæ, tartari. Quo facto respectu inflammationis al-
10 tero die sanguinem mitto: & deinde potiones decoct. pector. con-
suetas propinandas curo. At si verò inflammatio magis urgeat, &
prædicta requisita absint; imo lingua siccior, & arida; urinæ ac-
censæ, & spumosæ, & calor acris etiam si cacochylia in primis viis
11 sit, ut sanguis prius mittatur inclino; attendendo ad id, quod ma-
12 gis urget: & interim oleum amygdal. dulc. vice, & dosi prædictis
13 propino. Quia ex sanguinis missione abdomen quoque relaxatur: &
quod intus detinebatur, facilius excernitur. Et quamvis sanguinis
14 missio respectu hujus causæ cacochyliæ haud conveniret; tamen
verò ratione producti morbosi, ac essentiæ morbi 5.3 inflammatio-
nis necessaria est: & quia præsidium biceps, quod simul, & semel
15 utrique prosit; nec alterutri officiat, adhuc repertum haud est; id-
circò ars sagax, & prudentiores Medici axioma docuerunt, incum-
bendum esse ei, quod magis urget: eo quod per artem remoto ur-
16 gentiori, ac magis difficili, natura, quæ nobis prudentior est, &
vera medicatrix, cætera facilitate majori vincit, & eliminat.
17 Post quam sanguinis missionem si videatur inflammatio re-
mittere, & cacochyliæ suspicio quoque adsit, cum
supra recensito oleo amygdal. dulc. syrupum ros.
solut. propino: & hanc methodum præcipuè
servo in ipsa peripneumonia notha, ubi
materia crassior, ac viscidior
pulmones, & bronchia
inferciat.

CAP.

CAP. III.

De Pleuritidis nothæ, & impropriæ curæ epithome.

SI Pleuritis ſit notha, & febris tantum meſenterica adſit, & ſigna
doloris circa præcordia ſint; in hac utique purgatio convenit: 1
præter Hippocratem innumeri ſunt graviſsimi auctores, qui id pro-
bent. Si verò Pleuritis ſit ſpuria à dolore ſpaſmodico, ac lympha
acri, & acriori ſale; uti ſcorbuticis, hypochondriacis, ac ſcabio-
ſis, & iis, quibus fluxiones acres vulgò dictæ accidunt; ſanguinis 2
miſsio haud celebranda utpotequæ magis cruoris maſſam aperiret, 3
& laxaret: & ſalia acuta, & acria magis exaltarentur, ac præci- 4
pitarentur; unde convulſiones, ac acerbiſsimi dolores inſequeren-
tur; nimiiſque cruciatibus ſubderetur æger cum ſummo vitæ pericu-
lo. His igitur, potionibus blandis, ac levibus diaphoreticis mede- 5
ri ſoleo, unà cum lactatis, & emulſionibus ſemin. Melon., amyg- 6
dal. dulc., cum gelatina C.C.; cum pap. rhæad., & viol. multis, 7
cum quibuſdam guttis laud. liquid., & quandoque ſi dolor urgeat, 8
diaſcord. Fracaſt. cum aqua portulac., ſolat. propinare ſoleo: quam 9
diaſcordii compoſitionem etſi inconcinnam, admirabilem tamen
habeo, ac experior. Quibus bibendam quandoque do aquam ex 10
radice chinæ, quam quoque ſummoperè commendo: Et hanc radi-
cem quolibet modo exhibitam admodum probo; uti in juribus &
ipſis ferculis coctam: Acres humores, ferventes, ac vagos maximè
cicurat, & corrigit. In hiſce Pleuritidis ſpeciebus circa ſanguinis 11
miſsionem Helmontio arrideo; non tamen in aliis, ac quibuſcum-
que; ut ipſe genericè ſentiebat: dummodo dolor adeò magnus non
ſit, & tonica convulſio perſeveret; ex qua vera ſanguinis interce- 12
ptio, & inflammatio metuitur: In quo itidem caſu ut fibra laxetur,
fluidumque excurrat quoque ſecanda ſit vena. Et in his Pleuritibus
(quod notandum) febris parva eſt, & dolor multum excedens.
At quoque ſi ex ipſis ſalibus inflammatio jam facta ſit, ac magis ur-
geat, phlebotomia procul dubio utor: utpote quæ ratione eſſentiæ 13
utique prodeſt: hac tamen cautela, & diſtinctione, quia non
adeò largam, ac frequentem inſtituo; ſed poſt primam ſupradictis
levibus diaphoreticis, ac corrigentibus innitor: methodumque di-
ctam adhibeo.

Si dolor ſit Gallicus ea, quæ morbo Gallico congruunt, ſint pro- 14
pinanda; præcipuè jura conſumpta cum ſarſaparilla, C.C., raſur.
ebor., & china; bibat aqu. ſarſ.

Si ſit à paſſione hyſterica (quod in genere dico) in omnibus ſpaſ- 15
modicis, ac convulſivis doloribus nullum præſtantius, ac præſenta-

 neum

neum remedium eſt, quam ſuperius dicta Diaſcordii compoſitio ad
duas dracmas data: quæ convulſionem, & contractos villos illicò
16 relaxat. In hyſtericis quandoque juvat, non omiſſis ſuccinatis, ca-
ſtoreatis, graveolentibus fumis, ac aliis, quæ in jis propinari ſo-
leant.

Si ſit à vermibus cautè procedendum eſt: & diſtinguendum ſi jam
facta ſit inflammatio, & verus tumor phlegmonoſus: nam abſque
17 inflammatione ſolutivo levi uti poſſumus; aut propinando, quæ jis
adverſantur, preſertim ea, quæ ex mercurio fiunt. Unde in ſolu-
18 tivo ſemper adhibeo mercurij dulcis grana juxta ætatis doſim; &
19 pueris præcipuè cum pauco ſyr. de cichor. Nicol. mercurium propi-
no; ſicuti etiam aquam graminis, aut portulacæ, in qua agitatus
fuerit mercurius vivus: Quibus præbere quoque ſolemus tincturam
ſuccini uti probatam. At ſi inflammatio ſimul adſit, ac valdè pre-
20 mat: in hoc tam moleſto caſu ſumma ambiguitas eſt: & Medici in
poſtremo confuſionis gradu conſtituuntur; utrum mittendus ſit ſan-
guis? Super hac re nimis ardua ego, quæ ſentio, dicam: quæ ſu-
perius de cacochylia diximus in primis viis unà cum inflammatione,
21 & tunc, iterum attendendum ſit imo magis ad quod magis urget:
22 & quamvis prima fronte horreat animus adeſſe vermes, & ſangui-
nem mitti; tamen verò vermes cauſa ſunt, haud morbi eſſentia: &
23 cum morbus ſit ſua natura ſummo, ac omni periculo plenus, & un-
dique circumſeptus; quæ via ſalutis facilior videbitur capienda erit:
24 Et tunc una via electa, altera haud ablata; propinatis ſimul, quæ
ex ſpecifica natura vermibus hoſtilia ſunt, & quæ abſque inflamma-
tionis veræ præjudicio deturbari, ac fugari poſſint. Et hoc eſt ſanè
25 morborum genus, quod Medicis more hydræ multa capita oſten-
dens eos deterret, ac confundit, utpote quod ad poſtremam, &
& inexorabilem ægri perniciem exultans: & quod plerumque ad ex-
26 cidium ducit. Nos verò ea, quæ, ratio dictat, exhibere tenemur:
& quamvis ſanatio difficillima ſit, & viæ ſalutis quamplurimæ ſint
præcluſæ; per eam, quæ nobis magis aperitur, ingredi debemus
ſpretis, & relictis aliis. Si vero ſit febris meſenterica, & ſigna do-
loris circa præcordia ſint, adeout ſit Pleuritis notha ex meſenterij
labe; tunc utiquè purgatio convenit abſque ulla ſanguinis miſſio-
ne: præter Hippocratem innumeri teſtantur Auctores:

Hæc eſt ſumma Pleuritidis curæ: & hæc methodus noſtra eſt ex
omnibus ante dictis excerpta: quam ſic prius cohibere pretium
duxi, ut tanquam curæ epithomes in promptu retineatur;
nec mens interſperſis rationibus diſtrahatur, quas
ſingulas, ac ſegregatas inferius tradere
viſum eſt. & primo de ſangui-
nis miſſio-
ne.

CAP.

CAP. IV.

De Sanguinis Missione.

PRima fronte methodus hæc antiqua, & uti dici solet putrida, ac 1
quatriduana à phantasticis Medicastris nuncupatur; veluti de
sanguine, ac pharmaco ubertim agens: qui contra sanguinis mis-
sionem dicteria dant: quippequæ hoc seculo, ævoque nostro præci-
puè ferè exulavit; contra quam graves Auctores invehuntur, qui
ejus sequaces publicos sicarios appellare haud desinunt. Ex quibus 2
more pecudum meticulosi homines, ac rem haud enucleantes, no-
vatorumque amici sanguinis missione adeò exhorruerunt, & (de
quo doleo) adhuc exhorrent, ut ne guttam quidem sanguinis fundi
sinant, quamvis clamantem Naturam audiant, eamque sic docere 3
cognoscant: quos haud sicarios (uti ipsi alios falso dictitant) sed
re ipsa carnifices nuncupare autumo; qui infælices Pleuriticos velu- 4
ti laqueo suspensos sanguine retento jugulant. Hæc methodus anti- 5
qua sit, at repurgata ex mascula Græcorum Medicina promanans, 6
tanquam à semper veridico Naturæ libro constructa, & per omne
ævum inconcussa, etsi rationibus novis, ac recentibus ideis depicta
appareat: Etsi quatriduana sit; verumtamen gloriosa resurgit: cui
hactenus à nobis elucubrata prorsus congruunt. Et primo sanguinis 7
missio in Pleuriticis convenit ratione, auctoritate, & autopsia.

Probatur primo ratione. Sanguinis missio Pleuriticis proficit ra-
tionibus etiam à nobis superius descriptis præcipuè de sputo hæmo-
ptoico; ex quibus abundè constat quàm proficua sit, & modus ju-
vandi. Quæ itidem indicatur ab ipsa vasorum repletione: non so-
lum si à plethora promanet; verum etiam à qualibet alia causa: ut
diximus vasa quædam saltem repletiora esse aliis magis depletis: un- 9
de ut æquilibrium servetur (secus conturbatio, tensio, & dolor) 10
onusta vasa proportione depleantur. Nec revulsio verbum adeò ina- 11
ne est; cum saltem per aliquod tempus (ut ipsi Helmontiani testan-
tur) sanguine aliò tendente per venæ incisionem inflammationem
adaugeri, ac premi non sinit. At (quod maximè notabile est) per 12
eam ex aliquo majori vase institutam eradicatur, ac evacuatur citò,
tutòque lenta, ac morbosa materia: quæ sine illa cum maximo
ægri periculo, & nonnisi post tempus Medicis, ac ægris dubio, & 13
timore plenum via, modoque incertis, ac anacatharsi forsan infida
habetur, juxta præcitatum Sydhenam; Qui idcircò ibidem etiam 14
præcipit ut ex brachio cruor mittatur, ac foramen amplius aperia- 15
tur; ut morbi radix patentiori aditu exeat: & documentum au-
reum præbet, cum inquit. At verò, ut obiter attingam (5.3 ut
materia gelatinæ similis habeatur) animadvertendum est, quod si 16

ſanguis à ſecta vena non recto flumine verſus Horizontem proſiliat,
ſed per cutim repens perpendiculariter dimanet, ut ut celeri ſe pro-
ripiat gradu ſæpè tamen ad dictum colorem non accedit, cujus ego
17 me cauſam neſcire fateor: Neque æger ab iſtiuſmodi ſanguinis miſ-
ſione proinde levatur, ac ſi modo primum deſcripto fluat. hæc ille:
18 Quod verò evenire puto ex ipſa cruoris lenteſcentia, qui veluti mu-
coris pars circa foraminis latera inhærendo tranſitum ſauguineo lati-
ci potius præſtant, quam proprio cruori; quod attenta cogitatione
19 ſemper notavimus: quem ſanguinem ſeroſum, ac differentem ab il-
lo, qui pleniori, ac recto flumine promanet, obſervamus. Qui
20 igitur mucor toti torrenti aditum præcludit, ejuſque ſanguinis cor-
poraturam reſpuit, maximè cum à Chirurgis vena haud è medio ſe-
cetur, nec foramen, ac emiſſarium amplum efformetur: Quemad-
21 modum in pinguioribus experimur, qui ſanguinem] hujuſmodi len-
tum, ac pinguem habent, ad cujus exitum à circumſepiente ſoli-
dorum pinguedine, ac craſſitie oſcula phlebotomo facta compri-
muntur; quamvis ji nec Pleuritici, nec infirmi ſint. Et id non
22 ſemper evenit, quia cruoris maſſa fere inæqualis eſt, & craſſamenta
ejus cum ſejungi inceperint haud continuato curſu cum ſanguine
exeunt, ſed juxta eorum ſegregationem, & aptitudinem. Idcircò
23 monendi ſunt Chirurgi, & phlebotomantes ne indiſcriminatim
(cum effluit cruor) digito foramen alternatim occludant: quoniam
hæc viciſſitudo non ſolum jis vana, ac futilis eſt; ſed quandoque
24 imo ſæpius nocet, & morbum adauget. uti præclaris. Willis cap.
25 de Pleur. monuit, cum ait. Quare ſanguis per phlebotomiam pri- *
mò exiens ſæpe culpa vacabit; dein vaſa depleta alterum mor- *
bificum prius ſtagnantem excipient, & circulationi reddent; *
cumque portiones ejus juxta conſitæ juncto velut agmine ferantur, *
ad venæ orificium delatæ ſimul effluunt, & poſtquam iſta ſangui- *
nis vitioſi aggeries tota effluxit, reliquus ſtatim purior ſuccedit: *
quarè in hoc caſu vena ſemper cum orificio ampliore ſecetur, at- *
que ſanguis è ſcatebra non tantum pleniore, ſed & continuata de- *
trahatur: ſecus enim ſi in media phlebotomia ſanguine vitiato ef- *
fluente, foramen (uti quorumdam mos eſt, ne ſpiritus exolvan- *
tur) digito occludatur; cum denuo aperitur, cruor ſatis purus *
proximè effluet, vitioſo, ſiquid ejus reliquum erit, præterlapſo, *
26 non ſtatim ad orificium illud redituro. Et ratione ſanguineum ſe- *
rum veluti graviſſimum effluit ſupernatante ſulphurea portione: imo
caſeoſa materia, quam Hippacen Hippocrates dixit, tenuiori ſero
exitum faciliorem quandoque reſpuit, ac præcludit. Unde Hippo-
27 crates lib. 4. de morb. ait. *Es in ſuperficie quidem bilis conſiſtit (le-* *
viſſima enim exiſtit) ſecundo loco ſanguis: tertio pituita. graviſſimus *
autem horum humorum eſt aqua. *

Ex ſanguinis miſſione cruoris parte diminuta quæ verò reli-
28 qua eſt non adeò premitur, & conglobatur, imo (ut ſic dicam)
elon-

elongatur: inde facilius quod crassamenti, & figentis in sinu ejus
restringebatur, ac detinebatur, magis expatiabitur, & qua data
porta per emunctoria propria imbibetur; & sic sanguis depu- 29
rabitur, justamque ad crasim redigetur: qua ipse non facilè cespita-
bit veluti magis mobilis, ac fluitans. Sic Hippocrates lib. primo de
* Morb. de Pleuritide sicca loquitur. *Huic venam secare conducit in*
* *manu splenitidem appellatam, aut hepatitidem juxta utram sanè fue-*
* *rit morbus atque sic dolor mollior fit, & lateris, & aliarum partium;* 30
* *nam vena, & quantum in ipsa inest bilis, ac pituitæ, & ipsius san-* 31
* *guinis ægrotantis unà cum his magnam partem foras dimittit. pars ve-*
* *rò ex carne per medicamenta, & potiones diffunditur, & à calefacto-*
* *riis forinsecus adhibitis, ita ut morbus per totum corpus dispergatur.*
Unde doctiss. Bellinus lib. de missione sanguinis propria parte appo-
* sitè loquitur: Nec solum ratione minoris resistentiæ, quæ exerce- 32
* tur à sanguine præcedente, augetur velocitas succedentis, sed
* etiam ratione duarum reliquarum facultatum, à quibus velocita-
* tem concipit sanguis, nempe virtutibus arteriam circumpremen- 33
* tibus, & arteriarum restitutione, seu contractione. Quoniam
* enim dum sanguis mittitur, quod superest minus coactum, atque
* stipatum est, & vasa minus infarcta, igitur facultates circumpre- 34
* mentes minorem resistentiam patiuntur, & sanguinem in iis con-
* tentum majori momento, & facilius in motum cient, seù ille
* movetur velocius. Pariter quoniam arteriæ vi propria contractio- 35
* nis plurimum contrahuntur, cum possunt. è missione autem
* sanguinis viis, qua ipse totus restitutionem arteriarum impedit,
* minuitur: igitur magis, & majori momento restituentur, &
* sanguinem validius trudent, seù crescet ejusdem velocitas. hæc
* ille.

Ex sanguinis missione maximè relaxatur solidum, fibræque flac-
cescunt: indeque totius ferè machinæ humanæ tensio subsidet, quæ
in Pleuriticis notabilis nimis est: & quæ nisi arte, vel à natura haud 36
tollatur perniciosum semper erit: & omnia præsidia, quæ initio ad- 37
hibentur, ad eam tollendam collimant; uti violacea, papaverata,
& olea, quæ fibram mollire, & laxare valeant. Qua crispatione
ablata non modo superfluenti sanguini haud præpedietur transitus;
sed cruor, qui in vasis ipsis minoribus ferè paludescebat, ac effœmi-
natus manebat, oscillante fibra, quæ ad hoc munus ex ea retarda-
batur, ulterius protrudetur. Contracta enim fibra, ac ferè convul-
sa oscillationis motum haud liberè patrat: quæ consistit in quadam
(ut sic loquar) systole, & diastole fibræ; quæ contracta ad illam 38
potius, quam ad hanc inclinat; & diastolem quadam violentia,
ac vi efficit. Unde æquè oscillante fibra veluti expedita manu liqui-
dum, & cruor intriditur: & quod viscidum inhærebat, intrisum,
solutumque facilius excurrit. Ex qua itidem emunctoria quæcum-
que corporis, ac glandulæ, quæ prius quodammodo convelleban-
tur,

38 tur, ac conſtringebantur; unde à ſuo munere quoque deficiebant, & perturbabantur, debitum tonum nanciſcuntur, & laxitatem; idcircò humorem proprium facilius admittunt, eumque æqua prom-
39 ptitudine excernunt: & hæc eorum vacuatio critica erit; quemadmodum prius ante ſanguinem miſſum potius ſymptomatica, ac vi elicita. Et notandum quod ſæpe ſæpius iſta in principio tenuis, & reſpectivè percolatæ materiæ obſervatur.

Notandum quoque ex his, quod contractio iſta, ſive Pleuriticorum tenſio non modo ſanguinis miſſione detumeat; quod ſolida à fluidis non adeò premantur, nec à tenui ſanguinis portione, ſpiritu
40 vitali dicta, diducantur; ſed nervi quoque venæ ſectione citius undulant, & ad foramen oſcillant: unde & ſuccus nerveus abundan-
41 tius extillatur, & ſpiritus animales quoque difflantur. Et hic con-
42 venit effatum illud Helmontii. Idque ſanè repeto, quod aliquo- *
ties dixi omnem motum tam in ægris, quam in ſanis immediatè, *
& conſtitutivè proficiſci ab impetum faciente archæo, occaſiona- *
liter verò à cauſis occaſionalibus. Unde frequentius obſervatur in *
praxi, quod, quamvis ante ſanguinis miſſionem febris acuta ſit, ac totius machinæ conturbatio multa, ea celebrata omnia miteſcant;
43 febris veluti coluber in capite cæſus caudam languidè moveat, & ſecunda, aut tertia die omnino extinguatur.

Hac tenſione quoque ablata pulſus, qui prius parvus apparebat, manifeſtatur amplius, & ex intermittenti æqualis evadit: quia in priori arteria liberè undulat, & ejus indoles à contractione haud retinetur; in poſteriori à craſſamento quodam majori ſæpius arteriæ compreſſionem impediente ortus habetur: quoniam arteria ab inflammatione tenſa, adeò ut liberè dilatari nequeat ad naturale ſignum, craſſamentum quoddam interdum admittit: quod præ ejus anguſtia & ſui ſtrictiori compage incuneabitur; adeò ut ad id dimovendum prima arteriæ circumpreſſio fieri inhibeatur, ac unius ictus defectus appareat: quod efficiet ſecundo, aut tertio juxta utriuſque occaſionem: indeque variabitur pulſus, & intermiſſio minor, aut major erit, ac ſimili quoque ratione pulſus inæqualis fit.

CAP. V.

Refelluntur objectiones Helmontii contra ſanguinis miſſionem.

QUoniam contra ſanguinis miſſionem ſæculo elapſo veluti ſtrenuiſſimus Dux inſurrexit Io: Baptiſta Vanhelmont Eraſiſtra-
1 tæorum morem effodiens: Cujus non pauci commilitones hoc ævo acerri-

acerrimè pugnant. Helmontii argumenta ex tract. Pleur. furen. præcipuè excerpta in medium ferre pretium duxi: eaque enervare satagam, ut firma, & clarior nostra opinio maneat: & primo n.6. & 2
* 7. ait. Etenim venam azygos per costas utrinque dilatatam, &
* deductam cernunt: ergo & hinc omnem mendicant causam;
* non secus, ac si viator dormiens circa amnem, & in proximo
* nemore occisum cadaver à latronibus reperiatur, proinde dor-
* miens ille, ut reus omnem capite ablato sanguinem effundere de-
* beat. ergo instituunt phlebotomiam, & cruorem educere ten-
* tant per revulsionem à vena azygos rea tanquam causa proxima
* immediata, & continente. Rectè Antiquiores (uti & nos) ex 3
vena azygos dilatata, & diducta omnem causam mendicarunt; ut ipse ait: causa proxima, & continens inflammationis (ut suo loco diximus) est stagnatio, ac interceptio sanguinis in vasis sanguifluis: quæ utique nisi adesset, dilatatio eorum haud foret: à cruore enim stagnante vasa replentur, ac dilatantur. Neque occisi hominis paritas benè convenit; quia illius mortis causa proxima neque 4
latrones sunt (quamvis hi causa remota, ac extrinseca sint) neque viator dormiens; sed est ipsum vulnus inflictum, quod & ab homine, & à fera patrari poterat; unde ejusdem sanguinis totalis effusio, & mors. Vena azygos potest esse rea solidi culpa; ut diximus: 5
quæ crispata sanguinis refluxum impedit: ad quam tollendam venæ incisio fit, utpote quæ eam relaxat, ac sanguinis circuitum liberum efficit: aut sanguis stagnans in ipsa vena est causa immediata, ac proximior, & continens, ac vitio fluidi, & quoque convenit phlebotomia. Hinc vena azygos (ut superius diximus) ut solidum causa continens non est, & proximior; sed remotior, & culpa so- 6
lidi. Vnde in hoc capite Helmontius confundere videtur, quæ nos proprio capite distinctè sejunximus. Neque vanum est, quod ipse
* ibidem dixit, ubi ait. Vnde manifestum fit vanas esse revulsionis, 7
* ac derivationis nænias: quippe quibus concessis adhuc nonnisi pro
* paucula hora inservirent intentioni. Et quamvis revulsio pauco, ac breviori tempore duret; tamen haud est dicenda vana, imo utilis, ac necessaria: quia respectu effectus, quem ipsa producit, ma- 8
ximè conducere potest: & ut causa magnum effectum producat, 9
brevissimum tempus quandoque requirit; uti v.g. ignis scintilla pulveris pyrii innumeros cados tempore breviori sanguinis revulsione minam incendere solet; urbemque vastam, ac munitam corruere faciat: ergo scintilla vana est, ac inutilis? Ex superius dictis à nobis abundè patet sanguinis missionis utilitas: & Bellinus hæc habet.
* Quanto revulsionis, ac derivationis nomina non esse tam inania, 10
* quantum ab aliquibus supponuntur: patet etiam ex his propositio-
* nibus per sanguinis missionem ex aliqua vena derivari ad partem
* aliquam majorem quantitatem ejus intra datum aliquod spatium 11
* temporis, quam si mitteretur ex alia; atque insuper cum pars ali-

12 qua affecta est, tutissimum est sanguinis mittere ab illo trunco, *
cujus nulli rami ad partem affectam tendunt, deinde à venis op- *
positi lateris ab eodem trunco venientibus, postremò ab ipsa affe- *
cta parte, & hoc non alia de causa, quam quia si statim ab ipsa *
affecta parte mitteretur sanguis, periculum immineret, ne auge- *
retur morbus per solum affluxum copiosioris materiæ ad partem *
affectam: cum ejusmodi affluxus copiosior contingat per solam *
missionem sanguinis ab altero trunco factam, contingit ut major *
copia sanguinis in ipsum devoluatur, quam in alterum, à cujus *
ramis irrigatur inflammata pars, seù fit ut inflammatam partem *
minor ejus copia deducat. Et hic est ipse effectus, qui revulsioni *
13 tribuitur: patet effectus revulsionis, & derivationis dari, & per *
revulsionem quidem fieri, ut in partem affectam minor humo- *
rum copia derivetur; per derivationem verò nimis maturè factam, *
ut major, ne ut oneretur, ac prematur natura ab illa majori co- *
pia, atque augeatur morbus; per hanc ipsam verò derivationem *
apto tempore celebratam nempè post unam, & alteram revulsio- *
nem exposito ordine institutam levari magis morbum, & planè *
14 tolli. sed quia hæc singula non alia de necessitate contingunt, *
quam quia per missionem sanguinis mutatur, ut expositum est, *
ratio velocitatum, & quantitatum ejus per canales suos manife- *
15 stum est dari quidem effectus derivationis, & revulsionis, & re- *
vulsionem prius, deinde derivationem esse administrandam cum *
aliis, quæ exposuimus, & quæ minimè discrepant ab jis, quæ *
communiter de revulsione, ac derivatione circumferentur, sed *
16 effectus ejusmodi non provenire à tractione, metu vacui, instin- *
ctu, aut consilio naturæ, avocatione morbi, & siquæ sunt hujus- *
modi causæ veræ inanes. hæc ille. *

Ex quibus haud rectè subjunxit Helmont. num. 8. Quæso ergo *
medentes considerent in Pleuritide phlebotomiam non esse usui *
propter revulsionem, & derivationem; sed propter meram san- *
guinis, viriumque extractionem, & diminutionem, ut 5.3 na- *
tura evacuationem istam exhorrescens desistat, cessetque mittere *
cruoris augmentum circa pleuram. Ex hac periodi postrema par- *
te, ac membro sanguinis missionem necessariam esse colligitur; no-
17 straque sententia firmatur: ea enim sanguis minuitur; unde faci-
lius, quod remanet, excurrit, ac solvitur; vires quoque deficiunt:
18 quod quoque requirimus ut tensio fortis tollatur, ac debitus tonus ad
19 oscillandum solidum inducatur. Et ex jisdem ejusdem verbis, quod
natura desistat, cessetque mittere cruoris augmentum circa pleuram,
revulsio saltem habetur: & ex illa morbum progredi præpedietur.
Ergo utilis, & non inanis. Nec Medici ex ejus declamatione, quam
subjungit, fortiter corripiantur; cum inquit. Attendant (in- *
quam) an hoc non sit cum virium jactura tam insigni, & repen- *
tina in morbo, quo totum onus vires ipsæ bajulant, à posteriori *
mede-

* mederi per præcautionem, præventionemque incrementi? est
* istud, inquam, sit itum ad causam connexam, & foventem,
* dum non ad faciens, sed ad factum esse totam convertant operam.
Nam interdum virium jactura, & repentina phlebotomiam præsen- 20
taneum remedium reddunt: qua in Pleuritide præstantius præsidium,
quod tam citò morbum solvat, haud invenitur: & siquod adesset, 21
adducatur: reliquum incertum, & torpidius est. In quo morbo vi-
res multæ, ac robustæ nimis (ut sic dicam) malæ habeantur, uti 22
excedentes, ex quibus perniciosa tensio, & solidi crispatio nasci-
tur; ex qua deinde fluidum contentum ulterius undique stipabitur.
Quod confirmat Hippocrates cum experientia lib. primo de morb.
* §. 20. 21. & præsertim cum ait. *In juniore igitur utpotè quum sint af-*
* *fectiones vehementiores, & purgatio pro sputi ratione non fiat, & febres* 23
* *acutiores, & frequentiores fiunt, & dolores acuti incidunt tum in ipso* 24
* *affectionis loco, tum in reliquo corpore: Nimirum cum venæ sint ro-* 25
* *bustæ, & sanguine plenæ. ubi verò hæc percalescunt dolores ab ipsis*
* *transiliunt alii ad aliam corporis partem. At hi quidem plerumque bre-*
* *vi moriuntur. Senioribus verò quum affectiones sunt debiliores, &* 26
* *sputum ab ipsis purgetur, & febres mitiores, & paucæ fiunt, & do-*
* *lores adsunt quidem, verum exiles*: Itaque præcavere, ac præveni- 27
re morbi incrementum prudentissimi Medici est: & ad tensionem
illam maximè periculosam tollendam quamprimum satagendum
est; nam morbus cum non increverit, pede lento à natura superabi-
tur: & sanguinis missione ad causam connexam, & foventem itur
5.3 ad eam, quæ morbum augeri faciet.

Quam cantilenam iterum renovat num. 9. in quo verò aliquid
aliud fateri videtur, ac solidius: attamen ipse inflammationis vari- 28
cosæ à nobis descriptæ, & veluti Hippocraticæ inscius rationes con-
* fundit: inquit enim ib. An non convenientius fuerit fluxus prin- 29
* cipium stetisse? cum ex vena secta non aliud bonum in pleuritide
* queat expectari, quam quod enervatis viribus sperari possit, 5.3
* quod natura virium avida, indiga, & egena cruoris cessat à sym-
* ptomatico motu versus pleuram, quamdiu debilitata permanet:
* atque ideò non accrescente Pleuritide pro mora, natura velut ru-
* moris, & procellæ pœnitens cogitet de maturatione puris ab ex-
* travenato cruore fabricandi. quæ cuncta felicius sequerentur re-
* tento, cruore, in quo habitat vita; id est vires: utpote vita est,
* naturaque sola est morborum medicatrix eaque deficiente hume-
* ros attollit medicus. Quæ Helmontii auctoritas hic tota corruit, 30
cum adsit varicosa inflammatio, & intra vasorum limites ea conti-
neatur: At verò si sanguis sit extravenatus, & tumor veluti corru- 31
ptivus fiat, distinguendum quoque sit, an sanguinis missio conve-
niat? Si tumor ex sanguine extravenato, & à venis deciduo jam sit
factus; adeo ut jam cruoris massa in jis circuens ab orgasmo sileat;
neque premat, neque ad molis augmentum urgeat; & tumor hic

ad maturationem materiæ in eo contentæ solummodo tendat; tunc
32 sanguinis missio haud utique juvat; imo valde officit: quoniam à
morbi procella nimium abjectis viribus tumor hic quamvis suppura-
tus, & marcidus à natura tam debili neque disrumpetur, neque
repurgabitur; imo omnimodè vana erit: quoties enim morbus in
sanguiferis vasis haud urgebit, neque premet; ei, quod extra li-
men erit, nequaquam juvabit, cum per eam intromitti, ac resor-
33 beri nequeat in eo contentum. At si verò (quamvis cruor extrave-
natus sit) tumoris causa sit ipse lentescens cruor per vias haud tran-
sire valens, aut solidi culpa; adeo ut major urgentia sit intra san-
guifera vasa; &, ut sic dicam, eodem tempore inflammatio partim
sit varicosa, & hæc major; partim ultima, & hæc minor; tunc
sanguinis missio quoque erit instituenda, utpotequæ cruorem suæ
ditionis evacuat: & tunc nihil felicius sequeretur retento cruore,
in quo habitat vita; secus ac ipse ait: quia tumore (ut superius
diximus) ad summum adaucto lethum inevitabile offendet æger.
34 Attamen evacuato cruore sedabitur tempestas major, ruinosa, &
adventans; postea natura unico tantum morbo oppressa, ac affli-
ctione majori libera alteri incumbet: & vires à sanguinis missione
potius servantur, & exultant, & à retento cruore suffocantur: na-
35 tura enim oppressa humeros humiliabit. Præter quod evenatus cruor
varicosæ inflammationis, ac febris acutæ causa quandoque esse po-
terit: uti ex casu extravenatus cruor quantitate, & qualitate (quia
è propriis vasis eliminatus acris, & mordax evadit) contiguas par-
tes premet, ac irritabit; fermentatione quoque, ac suppuratione
inflammabit: quæ inflammatio superveniens magna non nisi san-
guinis missione moderabitur; quoniam à tensione, ac contractione
à sanguine extravenato inducta cruor intra vasa permeans cogetur,
36 & conglobabitur: idcircò effectui, & non causæ ea medebimur. Et
rectè diceret Helmontius si in hoc casu morbi, ac inflammationis
causa averti posset; quia nova cruoris stagnatio cessaret: at quis est,
qui partem, in qua sanguis extravenatus continetur, aperiat, eum-
que amoveat? ac deinde iterum eam abstergat, & consolidet? aut
medicamentum propinet, quod causam hanc penitus, & quam ci-
tius eradicet, ac interim cruoris flumen per venas excurrens omni
placiditate, & naturali modo vadat? Ex quibus notatur in praxi
post sanguinis missionem Pleuritidis furorem omninò mitescere; po-
37 stea verò suppurationem fieri, ac pus expui. Sanguinis enim missio,
quod est in venis, sedat: & quod jam eliminatum est, id quod il-
la se haud extendit, suppurabitur.

Numero 13. multa præbet præcipuè ea, quæ in ejus sectatorum
38 ore resonant, & sæpissimè repetuntur. Ego autem (inquit) in *
pleuritide considero primum motorem internum, sive calcar; ac *
deinde laceratorem pleuræ; & utrumque unum, idemque effi- *
ciens sui ipsam voco pleuritidem: cruorem autem eò affluentem, *
ac

* ac effuſum, indeque natum apoſtema tanquam productum conſi-
* dero: quorum communem adducam experientiam in exemplum.
* ſit ſpina parti alicui infixa, cui ſuccedit in inſtanti dolor, à dolo-
* re mox pulſus, à pulſu cruoris affluxus: unde tumor, febris, apo-
* ſtema, &c. Spina ergo poſt ſe movet cætera. metaphorica ergo
* ſpina pleuritidis, & propriè loquendo ipſa pleuritis eſt peregrinæ
* aciditas concepta in archæo, quam ſi fuget, aut deponat in cruo-
* rem venæ cavæ, ea certè ad venam azygos, vel in ipſam propin-
* quam coſtarum carnem expellitur; unde apoſtema tanquam pleu-
* ritidis productum.

Hic confundit Helmontius proximiorem cauſam, ut diximus, & 39
Pleuritidem ipſam; ac ſanguinem, qui Pleuritidis vera cauſa con- 40
tinens eſt, excludit: quoniam tumor ille phlegmonoſus, ac apoſte- 41
ma Pleuritis eſt. Nec ſpinæ exemplum movet, ac convenit: ea 42
enim ſpina, de qua ibi loquitur, cauſa remotior eſt ex qua ſolidi 43
criſpatio oritur; & quæ veluti antecedens eſt, ex qua cruoris inter-
ceptio, ac ſtagnatio (quæ verè cauſa continens Pleuritidis eſt) pro-
manat: nec etiam hæc ſpina verè inflammatio, ac apoſtema eſt; 44
quamvis ejuſdem cauſa adſit. Spina Pleuritidis metaphorica (ut
ipſe ait) ac peregrina aciditas concepta cauſa procatarctica inter- 45
dum erit: verum ſi via indirecta, ut diximus, ſolidum prius læde-
ret, cauſa erit interna, ac remotior; aut ſi immediatè cruorem fi-
* geret, cauſa proximior habebitur. Nec rectè deducit: Sicuti 46
* apoſtema natum ab infixa digito ſpina, non niſi temerè curatur
* per venæ ſectionem, ſed propter ſolam ſpinæ evulſionem ſanatio-
* nem pomittit; ita contingit in pleuritide. Quia quamvis ſpinæ
avulſio ſit vera cura faciendi apoſtematis in parte aliqua; tamen ve-
rò cum jam ſit factum, ac cruor indubiè ſtagnet, obſervavimus
quod ſpina quamvis avellatur, apoſtema fit. Ut ſi quiſpiam in mem- 47
bro aliquo punctus, abſque eo, quod ſpina, aut pugio in ea inſi-
deat, ſed illicò ipſi fuerint avulſi; tamen verò quia ſolidi contra-
ctio, ac tenſio jam permanet à ſpirituum tumultu, quæ erit cauſa
propinquior, apoſtema patietur: & ſic per ſanguinis miſſionem
* curabitur. Quod & ipſe ſubodoravit, uti num. 21. ubi ait. Spi- 48
* na enim evulſa facilè ceſſat reliquum, niſi fortè diutina mora apo- 49
* ſtema ipſum fuerit ſpinoſum. Nam ſemel formato apoſtemate, 50
* vel ulcere licet à tergo nec radicem in corpore ſit nacta, nec aliun-
* de foveantur, per ſe ſtant, deinceps ſubſiſtuntque abſque alia ſui
* tutela. Ita pariter Pleuritide nata ſolidi culpa ſpina ſalina ex vi-
tioſis humoribus educta, etiam ſolido veluti infixa uti calcar extrinſe- 51
cum ſanguinis miſſione ferè defigitur; ejuſque vis ac robur maximè
enervatur, & læſio minuitur: quia relaxatis phlebotomia fibris,
ſpirituumque energia depreſſa tenſio laxatur: unde infixum acidum 52
non amplius à ſolido veluti manu comprimente intimius impingitur;
verumtamen à præterlabente fluido facilius devoluitur, & abradi-

 tur,

tur, & à fibra motrice promptius removetur: hinc libentius cruor
ipſe excurrit, & circuit. Nec ſemper eſt verum quod numero 14.
ſubjungit. Aſt ſi archæus in cruoris gremium leviculam ſibi ſini- *
ſtro applicatam aciditatem depoſuit, ſtatim extravenatur, ejici- *
tur à venis ſpreta, & apoſtema parit ubicumque id locorum conti- *
gerit; ſin verò profundius id in venis eveniat peſtilens aliquod pa- *
thema inſurgit. Quoniam aciditas haud ſtatim extravenatur, ac *
53 ejicitur à venis ſpreta, ſed in venis ſita varicoſam inflammationem
inducit. Nec omnis Pleuritis apoſtema ex ſanguine extravenato eſt.
54 Ut ipſemet paulo inferius numero 20. Quod ſi verò acor in venam *
arterialem, vel arteriam venalem (quæ ſunt vaſa pulmonis) diſ-
pergatur ab infecto archæo neceſſitate advenit peripneumonia *
pulmonis. Hinc diſtinguitur quod facti apoſtematis (ut ipſe addi- *
dit num. 15.) in Pleuritide non poſsit ejuſdem cruor per ſectam *
venam evacuari, utcumque nomen revulſionis, aut derivationis *
in morbi metum, ac ægrorum deluſionem jactitetur. Tamen ve- *
55 rò haud rectè proſequitur ib. Helmontius cum ait. Itemque nec *
56 venæ ſectio impedit nequid deinceps amplius aceſcat, cum phle- *
botomia privationis tantum vim habeat: nec poſsit cruor eductus *
inhibere ne qui intus aciditatem contraxit, ejuſdem deponat. *
57 Quoniam ex rationibus prius adductis patet venæ ſectionem inhibe-
re ſanguinem ulterius aceſcere ex eo, quia ex diminutione magis
fluitatur, & movetur cruor; ac ex relaxata fibra, quæ cruorem
non adeò circumpremat, & conſtipet, aciditas haud incuneatur,
58 & exaltatur: & quamvis phlebotomia vim privationis habeat, ta-
men ex ea mirabilis oritur effectus; ſanguinem enim redundantem,
ac lenteſcentem unà cum aciditate evacuat; ex qua reliquus cruor
59 juſtam craſim adipiſcitur: Et ſic hæc cauſa privativa (ut ſic dicam)
& per accidens plus valet, quam omnis alia cauſa poſitiva; quo-
niam citò, & tutò liberat, & ſeruat. Ex quibus quoque ſolvuntur
ea, quæ ſequentibus locis addit. Ipſe quoque ſubindicare videtur
60 num. 24. Ac proinde ad ſanationem exigitur tantum ut ſpina, & *
confuſæ digeſtionis productum auferatur in ipſo cruore circum- *
ſtante, imò & in ipſo apoſtemate. Deinde more conſueto à via, *
quam tangere nobis videtur, illicò declinat, ac ſubjungit. At *
61 pleuritis, quæ per phlebotomiam eſt reſtituta, ſæpe poſt annum *
62 recurrit, ſæpiuſque tabem poſt ſe relinquit: quia reſiduæ ſpinæ *
negotium relinquitur ſolius naturæ humeris ſuperandum abſque *
63 adjutorio reſtaurante characterem ibidem morantem. Primò hæc- *
ce auctoritas contra experientiam eſt, uti nos, & ferè omnes ob-
ſervarunt per ſanguinis miſsionem rarò recurrere Pleuritides: ha-
64 rumque recidiva ſi quandoque ſortiatur, haud à ſanguine miſſo pro-
manat, ſed à robore inæquali ab ipſo Helmontio dicto, ac ex indi-
vidui proclivitate, facilique aptitudine potius in uno, quam in alio
65 manentibus. Egomet Pleuritidem redeuntem ſæpius notavi abſque
ulla

ulla sanguinis missione in priori morbo celebrata: & præcipuè ex
phlebotomia tabes nasci nequaquam verum est: & millenos Pleuri- 66
ticos sanguine misso curavi, nec duos, aut tres tabificos notavi, ni- 67
si quos ingens inflammatio, apostema, ac ultimus corruptivus tu-
mor tenuerint: unde ulcere facto tabidi periere. Experientiæ adhuc
ejusdem ratio haud congruit, quia residuæ spinæ negotium relinqui- 68
tur solius naturæ viribus superandum: nam gravissimi morbi à me-
dicatrice natura superantur: & Medicus prudens manum eidem por- 69
rigens ipsam adeò constituit, ut cætera vincere, ac superare possit.
Certò tabifici fient, & peribunt, qui restaurante adjutorio carebunt:
idcircò nos post sanguinis missiones decoctiones pectorales, dissol- 70
ventes, mixturasque correctivas, & diaphoreticas, ipsumque
etiam catharticum in fine, si quandoque opus fuerit, propinare
haud desistimus: donec cruoris massa pura omninò evadat, omne-
que acre, ac figens, & quælibet intrinseca spina corrigatur, de-
leatur, ac amoveatur: & juxta Clarif. Morthoni documentum,
quamplurimis Pleuriticis postquam evaserint, & tamen aliquali ca-
lore præternaturali laborent, corticis Peruviani pulverem ad plures 71
dies, ac mensem propinare solemus, eosque à postrema sanguinis
dyscrasia tutare consuevimus. Nec tyrones moveat altera ejus de-
* clamatio, quam num. 31. adducit. Doleo interius (inquit) 72
* mortalium sortem, qui tam dolenti morbo tales nacti sunt auxi-
* liatores, qui causam nescientes quælibet absurda tentant, modò
* prius ægrum cruoris, & virium penuria debilitaverint, naturam
* interim suis natantem remigiis deserverint. Et nos ejusdem alle-
goriam insequentes naturam fatemur pleuritico morbo veluti magna 73
tempestate percitam, à Medico tanquam artis perito nauclero, ac
experto, mercibus, id est sanguine, ac viribus alleviari debere,
ne facilius unda obruatur, & pereat: & sicuti anchora, ac ruderes,
in quibus nimia salutis spes est, ab ingruente æquore interdum quo-
que diducantur, & in proximiores scopulos navem tandem collima-
re periculum est; cæsis denique illis undarum genio, ac sorti ea
committitur: ita quoque prudens Medicus, cum nimis urgeat ne-
cessitas, venæ sectionem haud renovare verebitur.

Helmontium uti virum maximè commendabilem semper habui: 74
quem non tantum re, sed & nomine ipso (quod idem ego quoque
retineo) peculiari quadam affectione semper sum prosecutus; at
verò indignum tanto viro, quod initio numeri 32. posuit, judicavi.
* Quorum (inquit) nil tale contingeret, spondeo enim, atque 75
* promitto ad pænam experimenti, si spreta maledicta venæ sectio-
* ne, balsamo vitæ, ac naturæ viribus servatis radicalis spina evel-
* latur: sic nempe statim dolor, sputum cruentum, atque febris
* cessant placidè, ipsumque divulsum continuum mox incarnatur.
Vana, ac futilis hæc promissio est: & ad pænam falsi mulctandus est 76
Auctor: quoniam non solum me ipsum, sed Hippocratem, omnes-

que

que antiquiores, ac recentiores ſanæ mentis Medicos oppoſitum ex-
77 perientia docet: eumque de ſanguinis miſſione blaſphemantem no-
78 tare exhorreſco: Cui non ſolum Naturam ipſam benedicere, ac ar-
ridere obſervo: quippe quam oppreſſam morbis quamplurimis, ipſa-
79 que Pleuritide vias omnes, per quas ſanguinem fundat, ſæpiſſimè
explorare in individui ſalutem, & nos eas docere cognoſcimus; ve-
80 rum quoque benedicere, ac ſummis laudibus tollere audio ægrorum,
81 ac adſtantium, myriades. Quot prima venæ ſectione, aut altera
Pleuritides obtrùncavi! Eamque veluti miraculo ſimilem de repen-
tè profuiſſe conſpexi, nec futuri periculi nænias experiendo. Quid
garriant quidam novatores? experientia teſtabitur. Nec poſt eam
pulveres, quos ibi Helmontius deſcribit, improbo; uti de virga
cervi, vel tauri, aut cruoris hirci: vel ſuccum cichorii ſylveſtris,
82 flor. pap. ſylveſt. Quæ verò abſque ſanguinis miſſione futilia, ac
inania comperi: uti prima juventute rigoroſè periculum feci, &
primis annis praxis, dum nimium Helmontio, ejuſque rigidis ſe-
83 ctatoribus indulgebam: & quod doleo cum ægrorum pernicie, &
mei animi pæna. Cum quibus præſidiis; vel fortioribus ſalino-ſpiri-
84 tuoſis aut morbum non attingebam, aut exacerbabam. Credite
85 non mihi quamvis de hoc morbo nimis experto; at credite Medico-
rum maximo, ac Medicinæ parenti Hippocrati, ipſique experien-
tiæ, quam ille ſemper Magiſtram habuit: & nos eam cum illo audi-
86 re tantum debemus. Quæ hactenus dicta ſufficiant, haud in tanti
viri contemptum; verum in humanæ ſalutis conſilium, & auxi-
lium.

CAP. VI.

De quibuſdam circa ſanguinis miſſionem notandis.

CIrca ſanguinis miſsionem in Pleuritidis quædam notanda ſunt.
1 & primo in quibuſdam junioribus, ac habitus robuſtioribus;
aut mulieribus, quibus evacuationes conſuetæ ſuppreſſæ fuerunt;
& viris quoque ex plethora ægrotantibus mittendus eſt ſanguis lar-
giori doſi, & non animo trepidante, aut genio ſimulante; uti quo-
2 rumdam recentiorum mos eſt, qui ſanguinis miſsioni haud inhæ-
rentes, ut aſsidentibus, ac vulgò ſatisfaciant, parciſsimum ſangui-
nem mittunt, & phlebotomia nomine, & non re celebretur: quam
3 calumniam ut evitem ipſemet præſentia urgeo, nec imperitis Chy-
rurgis nimium credo; quod tyronibus præcipuè commendo, ut ipſi
adſint. præter quod ſemper magis proderit ægro, nimiumque arti

quoque

quoque proficiet: novæ enim, ac maturæ observationes semper oc-
currunt. Matura enim patientia expertissimum, ac doctissimum 4
* efficit Medicum. Uti Willis cap. de Pleurit. inquit. Quamobrem
* sanguis in pleuritide modo vires constent, & pulsus sit fortis liber-
* rimè detrahatur: & quidem longè præstat eam prima, & quaque
* deinceps (quoties repetere opus erit) vice plenius emitti, quam
* phlebotomias parciores sæpè iterare. Quippe sanguinis lentescen- 5
* tis, ac in viscositatem degeneris portiones quamplurimæ circa lo- 6
* cum affectum aggregantur. Quæ nisi vasis per phlebotomiam co-
* piosam valdè depletis illinc avocentur, & magna ex parte foras
* effluat, sanguinis missio effectu desiderabili frustrabitur. Quarè
* quod Medici quidam præscribunt sanguinem in pleuritide usque
* ad lipothymiam hauriendum esse rationi haud incongruum vide-
* tur: quamvis ea praxis haud temerè facienda sit; quoniam omnis 7
* evacuatio virium tenori, & tolerantiæ proportionari debet, quam
* regulam talis phlebotomia excedit. Uti Sydhenam inquit. Et
* quamquam in curandis morbis integrum mihi esse volo ut minusve
* sanguinis pro rei ratione demendum præcipuam, raró tamen ob-
* servavi Pleuresim confirmatam in adultis minori, quam 40. cir- 8
* citer unciarum sanguinis impensa sanatum: licet in pueris semel 9
* tantum, aut bis secuisse venam ut plurimum suffecerit. Idcircò
ut diximus in adultis supra semilibram sanguinis mittere soleo, eam-
que eadem die reiterare aut altera prout visum fuerit. Et si adsit
plethora usque ad decem uncias quoque mitto pro vice.

Ex sanguinis missione parcius celebrata febrem intendi, dolorem 10
augeri, omniaque gravari sæpius observavimus: ideòque alteram
eodem die pleniorem reiterare necesse fuerat. phænomenon hoc sol-
vitur: quia in morborum initiis præcipuè cum vires vigeant, & 11
sanguis inflammatorius adsit; à parva sanguinis missione cruoris mas-
sa magis aperitur, ac turgescit: neque spiritus (ut verbo utar anti- 12
quo) vitales ad mensuram diffluantur, & animales; ac succus ner-
veus amplius neque disperditur; sed potius illa magis rarefacta ma-
gis quoque fermentescit, ac ebullit, & spiritus animales promptio-
res, ac succum nerveum producit ubertim: quæ motu concussivo
fluidorum flumina magis agitando turgida reddunt: unde tumultus
internus magis adauctus fit, & febris veluti ardentior, ac effræna-
tior: secus verò altera sanguinis missione evenit magis depressis viri- 13
bus; non aliter ac vento demisso cruoris æquor placidius undulat
per tubulos, ejusque ductus magis laxatos, & flaccidos.

Nullam ætatem, aut sexum denique excipio, quin sanguinem in 14
Pleuritide mittam, cum urgeat indicatio. In pueris, adultis, ac
senibus quandoque ultima quoque senectute habitis sanguinis missio-
nem admodum proficuam sum expertus. Nec deterreantur tyrones
cum senex aliquis pleuriticus iis occurrat: mens verò semper sit di-
screta; & juxta ægroti necessitatem, & statum consilium adsit.

Nuper

15 Nuper enim Vigiliis ſanguinem mittendum juſſi Mauro Tafuro ejuſ-
dem urbis patricio ſeni ſeptuaginta octo annorum gravi peripneu-
monia correpto; viro autem robuſto, & raro infirmo: cui ob ana-
catharſim copioſam, & mediocrem diarrhœam, quæ eam ſunt ſubſe-
cuta, ſanguinis miſſionem reiterandam haud juſſi: qui vigeſimo pri-
mo die febri fuit immunis, ac penitus convaluit, & adhuc vivit.
16 Eodemque fere tempore ibidem Sorori Cajetanæ Poſa patriciæ Mo-
niali octo, & ſexaginta annos natæ Pleuritide in latere ſiniſtro mi-
nus propria laboranti ſanguinem ex pede prius, deinde ex brachio
ad uncias viginti mittendum feci (quod mirabilius eſt) coadjuvan-
te inſuper ex ſui parte Natura; quæ quinque, & ſex dies mictum
cruentum dedit, ac fæces ipſas hæmorrhoidali ſanguine parum con-
ſperſas. Quæ poſt decimum quartum diem exivit è lecto robuſta,
17 at valens, ac ſi non ægrotaſſet. Gravidis Pleuriticis quolibet quoque
tempore ſanguinem abſque trepidatione educendum præcipio, &
favente Numine meo voto quamplurima arrident. Et dum has lucu-
18 brationes typis mandandas reſcriberem inter cæteras utero gerentes
pleuriticas aderat quinque menſium Uxor Joſephi Berarducci Vigi-
lienſis quoque patricii; cui ex utroque brachio duabus vicibus li-
bram, ac dimidiam ſanguinis educendam juſſi; qui ſemper pleuriti-
cus apparuit: & ſic decimo quarto penitus convaluit.
19 Circa ſectionis locum ſoleo primò ex brachio oppoſito mittere
20 ſanguinem: quia Natura, ut diximus, ſectionem verſus ſeſe ſem-
21 per agitat; & quia foramen amplius quam in pede fit; & quia Baſi-
22 licæ rami quidam thoracici dicti cum intercoſtalibus quodammodo
ſociantur, & coeunt. Deinde ex altero brachio venam ſecandam
curo, & ſi urgebit, quandoque & pedis venam. At ſi debilior Pleu-
23 riticus fuerit ex pede prius incipio: & hanc variationem locorum ſe-
quor, quia venæ undequaque depletæ ſanguinis circuitum accele-
24 rant. At quia inflammatio plerumque in thorace ad eſt; probabi-
lius erit venas prope eum, & quæ ad eum proximius vadunt, magis
repleri: ſanguinem in jis potius, quam aliis lenteſcere credibile eſt:
& eo quia dolorifica tenſio, & contractio ex inflammatione, quæ
ſanguinem comprimit, circa thoracem magis viget, indeque ſan-
guis proximior jis mittendus eſt.
Cum vires conſtent, ac morbi initio, & ubi præcipuè febris eſ-
25 ſentialis potius appareat, cucurbitulas ſcarificatas; uti quorumdam
mos eſt, adhiberi denego, Quoniam juxta Hippocratem (ut dixi-
mus) *venæ tenues non trahunt de quocumque humore, & craſſo*. Imo *
26 venulæ, & arteriolæ inciſæ laticem ſanguineum dabunt, & pars
craſſior in majoribus magis conglobabitur. Et quamvis juxta Belli-
num ſi in jis arteriarum, & venarum ramulis, qui ſecantur, aliquid
hærens, atque dimotum contineatur, facilè abripiatur per vulnu-
ſculum extra corpus, & cum per miſſionem ſanguinis augeatur re-
liqui velocitas, materiæ hærentes in canaliculis reliquis, qui in ſca-
rifi-

rificatione non ſecantur, facilius abripientur, & tota pars ab ob-
ſtruentibus partibus liberabitur; tamen verò hæc ſanguinis veloci- 27
tas à phlebotomia major inſurgit, & magis dimoventur partes ob- 28
ſtructæ, majorque ſolidorum laxitas habetur: & evacuatur denique
quod per minimas venulas, & arteriolas exire nequit. Unde locum
potius haberent poſt phlebotomias, & cum morbus minus urgeret: 29
craſſiori enim, ac multa materia per eas evacuata, quod verò va-
ſculis inhæreret, ac ceſpitaret, ſcarificatione educendum foret:
Idcircò initio morbi jis ferè nunquam utor, ſed aliquoties ejus pro-
greſſu. Hoc præſidii genus inviſum ægris, & ſanis, meoque genio 30
infeſtum ſæpiſſimè prætereo: cujus vice decoctionibus pectoralibus, 31
ac diſſolventibus, cæteriſque mixturis poſt phlebotomias utor; qui-
bus cætera ſupero, & anguſtiſſima vaſa excavo, & intus conten-
tum, ac inhærens dimoveo, fluidumque reddo: & abſque vaſorum
ſciſſione, & horrore jucundiorem methodum proſequor. Imo ut ſic
dicam, momentanea eſt hæc ſanguinis derivatio; quoniam depletis 32
vaſorum ramulis, illicò poſt eorum compreſſionem, & Chirurgi
faſciis acquiſitam occluſionem, & ex ipſius ſanguinis glutine opple- 33
tionem replentur: & uti puto ſanguinis refluxus magis impediretur,
ultra quod pars robur inæquale poſt eas retineret. Quod ipſemet Bel-
* linus omnimodè ſolvere nequivit, cum inquit. Neque timebis
* majorem à ſcarificationibus obſtructionem, eo quod vaſa inciſa,
* & ad cicatricem venientia occludantur propter exilitatem tota
* etiam intimè, qua prius erant concava, atque ideò etiam intimè
* caleſcant, & veluti obturent cavitatem ſuam, & ad locum calli
* ſubſiſtere cogant ſanguinem: primò etenim neceſſaria non eſt illa
* calli obductio etiam intimè in vaſis; quia tamen contingere illa 34
* poteſt, eſto, & contingat; quia tamen quod præcipui momenti
* eſt, de ablatione rerum hærentium ſolliciti ſumus, & propter in-
* ciſionem, & reticularem texturam vaſorum continuè in ſe multis
* ramis hiantium fit, ut hanc ipſam abſolutionem conſequamur,
* nihil refert aliqua ne vaſa occludantur per hanc operationem,
* dummodo ſanguis in ſuam naturalem fluxilem habitudinem redi-
* gatur: poſtquam enim hanc rurſus aſſecutus fuerit, cum obicem
* aliquem offendit, divertit per canaliculos proximos, & per eos
* in venas refluit. Quæ calli obductio in jis ramulis facilior eſt; uti 35
evenit, & accidit in majoribus vaſis, & eorum truncis: ex quibus
utilitas, quæ ex eorum ſcarificatione habetur, cum majori damno
futuri refluxus impediti compenſatur: & ſi concedatur, quod per
alios proximiores ramulos ſanguis præterlabatur, ad quid intereſt,
ut vaſa alia lacerentur? imo melius eſt ut oppleta remaneant: præ- 36
terea ex phlebotomiis deoppilantur; & medicamenta attenuantia,
ac levia diaphoretica in fine optimè ſupplent. Ex his ſcarificationi-
bus denique parum, aut nihil utilitatis expectatur. Nec movet
quod quidam fateantur, quod hæ cucurbitulæ ſcarificatæ applican- 37

tur cum vires debiles ſunt; quoniam in quibuſdam Pleuriticis, &
38 utplurimum à nimio dolore, & magna tenſione pulſus parvi fiunt,
& obſcurantur, vireſque depreſſæ apparent: In quibus verè non ad-
39 eſt virium reſolutio, ac defectus, ſed earum potius perturbatio, ac
confuſio; imo ipſæ validiores ſunt: idcircò in iis audacter mitten-
40 dus ſanguis; ut ipſe Morthon ex Hippocrate monuit: & ſæpiſsimè
in praxi obſervatur, quod depreſsi pulſus, quo magis ſanguis effun-
datur, attollantur. Et ſi virium ſit vera, ac ultima reſolutio, nec
cruoris grumeſcentia ſuperabilis ſit; uti nimis ruinoſis Pleuriticis,
41 & propè morituris accidit; tunc nec ſanguinis guttam fundere li-
quet, ſed ſpirituoſis potius, & ſummæ energiæ præſidiis ſuccurren-
dum eſt.

Nec deterreamur, & ſuperſedeamus à ſanguinem mittendo, cum
fluxus, aut diarrhæa adſit; quæ inflammationis effectus eſt, ut di-
ximus, & non ſedatur niſi ſanguis mittatur, uti experti ſumus; &
ſydhenam docet: Neque quæ non nunquam ſupervenit diarrhœa *
42 repetendis jam dictis venæ ſectionibus obicem ponit, quæ qui- *
dem ipſa hac methodo brevi ſiſtetur, etiam non adhibitis medi- *
43 camentis adſtringentibus. Cauti ſint tyrones: hæc proditoria *
diarrhœa ſæpiſsimè fefellit, & deterruit Medicos in ægrorum rui-
nam, ac artis perniciem: & hæc eſt, in quam veluti in lubricum
cadunt Medici; & paſsim in praxi notavi præcipuè dum hæc ſcribe-
44 rem in uxore Franciſci Gadaleta Melphictenſi, ad quam abſens ſe-
rò vocatus fueram; quæ nulla ſanguinis miſsione celebrata, uti
apertè poſcebat morbus, ſuffocata periit, memet ægræ infortunium,
ac Medici cujuſdam pervicaciam, vanamque ſui præſumptionem
commiſerante, ac Hippocraticum illud mea mente revoluente.
Medici quidem nomine multi, re, & opere valde pauci.

Nec illicò ſuperſedendum ſit à ſanguinis miſſione cum ſputum
45 cruentum appareat: quod à quibuſdam Helmontianis ſummoperè
deſideratur, ut phlebotomiam effugiant; quod pro maximo impe-
dimento adducunt. Quoniam ſi ſputum non ſit multum, & dolor
haud ſedetur, ſolidique tenſio pertinax cognoſcatur, primis diebus
46 præcipuè mittendus eſt ſanguis juxta Riverium. Cum verò anaca-
tharſis liberalis fieri incipit tunc à phlebotomia abſtinendum, quia
anacatharſis ſupprimitur, & æger in vitæ diſcrimen conjicitur.

Denique monendum eſt, quod à ſanguinis miſſione nos haud di-
moveant Recentiorum quorumdam conſuetæ cantilenæ, ac ratio-
47 nes, quod quando febris ſit principalis, & eſſentialis ſanguis haud
48 mittendus ſit: quoniam ratione ipſius febris eſſentialis, quæ inflam-
matoria eſt, & quædam ſynochi ſpecies, ſanguis largè hauriendus
ſit: unde juxta Hippocratem ſpatioſiore cavitate evadente quod in-
tus commixtum, & conſtipatum obvoluebatur, à natura facilius
ſeparabitur, & per emunctoria propria educetur. Materiam mali-
gnam ſæpius accuſant, ipſamque Pleuritidis cauſam autumant, ut
à ſan-

ı ſanguinis miſſione alios diſtrahant. Hoc imaginarium malignita- 49
is nomen (Baglivus ait) imperitia Medicorum peperit, petulan-
ia vulgus fovet. Medici enim cum morbum haud cognoſcant, ad
ıoc ignaviæ aſylum plerumque confugiunt: & quamvis interdum
ıcris venenata portio, aut malignæ aciculæ Pleuritidis cauſa ſint;
erum ratione inflammationis ſanguinis miſſio haud contraindica- 50
ur non omiſsis præſidiis malignitati antidotis: & ut ſuperius adno-
avimus; febris maligna plerumque interna inflammatio eſt; aut 51
ebris meſenterica: Et ſic à prudenti Medico poſtquam hæc poſte-
ior penitus perquiſita fuerit, eaque ipſi abeſſe videretur, in qua
ıhlebotomia haud convenit, ſed purgatio, prior facilius reputabi-
ur; tunc phlebotomia adimplebitur ſpreta quorumdam garru-
itate.

CAP. VII.

De Pleuritidis cura pharmaceutica Inflammatione adhuc varicoſa manente.

PRinceps antipleuriticum ex regno vegetabili depromptum papa- 1
ver eſt, præcipuè rhæas, ſeu ſylveſtre, ac erraticum dictum;
quod moderatum anodynum eſt, ſomnum conciliat, ac dolorem
ſedat. Ex quo fibræ, ſolidique tenſio quodammodo laxatur; ſpiri-
tus placidiori radio influunt: quod non ita potenter, ac papaver ſa-
tivum, præcipuè nigrum ſtupefactivum eſt. Idcircò Pleuritidis ini-
tio cum præſertim dolor urget, papavere rhæad. utor, præcipuè
ejus flore, in qualibet forma adhibito; maximè aqua ſtillat, ſyr. ex
infuſione triplici flor., vel tinctura; pulver. papav. rhæad. ℨ. 1. Pleu-
riticis ſpecifica eſt. Si Pleuritis ſit notha à ſalibus acribus, ac acu- 2
tis, & ſitis intenſa ſit; expreſsione amygdal. dulc., aut ſem. melon.
cum ſemine papav. alb. uti ſoleo; Sic etiam cum Pleuritis vera 3
ſit, nimiumque ſitis urgeat, ac dolor intenſus, & corporis habitus
gracilior fuerit. In priori, ac notha Pleuritide tinctura papav. er- 4
rat. Mynſicht. præbendam do: in poſteriori verò, ac genuina
eamdem adhibeo, removendo verò omnia vitriolata; & ex ſolo pa- 5
pav. rhæad. confecta præcipio. Et quia juxta Etmuller. cap. de Pleu-
rit. præ cæteris omnibus triga vegetabilium papav. rhæad., card.
bened., & card. Mar. conveniunt; idcircò emulſione pleuritica 6
ejuſdem Mynſicht. uti conſueſco, cui quandoque addo ſemina me-
lon., aut amygd. dulc. & loco ſacchari cand. in ſyr. violac. concret,
ſyr. viol., aut tinctur. ejuſdem, aut papav. rhæad: Quam emulſionem
ad ℥ II. aut ℥ III. tertia quaque hora propinandam curo.

7 Tamen verò cum sputum concoqui, ac expui, & dolor, & febris
mitescere quoque inceperint, papaveratis supersedeo; aut juxta
exigentiam minori dosi utor; veluti aqua stillatitia, ne anacatharsis quodammodo supprimatur: at verò decoctiones pectoral. sputi
exitum coadjuvantes adhibemus.

Decoctum pectorale fit ex herbis, quæ sale volatili quodammodo
acri, ac vegetabili nobiliori constant, quæ reliqua sanguinis crassamenta incidere, ac solvere valeant, ipsumque cruorem vegetiorem, & magis solutum, floridiorem, & spirituosiorem reddere so-
8 lent; tussilagine præcipuè, farfara vulgò dicta, hedera terrestri,
Angelica, hyperico, helenio, pulmonar. an. m. I. Quibus semper
addo papav. rhæad., hord., & passul. an. p. I. cum suff. quant. aqu.
font. bull. in vase optim. Clauso, ne volatilior vegetantium pars,
in qua vis maximè insidet, avolet. Cujus decocti adhuc calentis
9 tertia qualibet hora ℥ IV. propinandas jubeo: cui dosi interdum admisceri facio sanguinis hirci præparati ʒ I., spermat. cet. ʒ m. qualibet vice.

Si materia sit nimis viscida, & indicatio solvendi magis urgeat;
10 & ferè sit pulmonia notha à nimia humorum tenacitate oborta supradictis herbis adjungere consuesco radices imperator., angelic., &
tussilag. fol. scabios., hyssop. Quod decoctum potentius est, & magis
11 eradicativum, & à Baglivo pro secretis habitum, hauriatur valde
calidum, ne dicam fervidum, quo particulæ radicum elasticæ, &
activæ ferantur pleno flumine, & integris quasi viribus ad affectam
pulmonum partem.

12 Post phlebotomiam summoperè commendo pomum dulce, præcipuè borsdoffianum excavatum thure masculino ad ʒ j. repletum, ad
ignem paulatim coctum, adeò ut substantia interior & carnosa (ut
sic dicam) pomi cum thure liquefacto ferè misceatur; quod comedat æger superbibendo tres, aut quatuor uncias aquæ card. sancti:
quod interdum replicare soleo quarta quaque hora bis, aut ter in
die; præcipuè cum lingua non fuerit nimis adusta, & sanguis potius
13 ex lentescentia peccaret: quod præsidium à Quercetano laudatum,
à Riverio, Etmullero, ac quamplurimis receptum etsi vulgare habeatur, haud ego parvipendo; eoque maximo fructu pauperum
præcipuè curam prosequor, iisque absque dispendio usitatissimum
feci: quod divitibus quoque propinandum æquo fine jussi. Medica-
14 mentum enim pretiosum est, quod proficuum, & non quod sumptuosum existit.

Inter usitatiora antipleuritica veluti Princeps recensetur sanguis
15 hirci præparatus, quem ut ea, quæ sentio, liberè fatear non tanti
facio, quanti reputatur: & non nisi larga dosi quodammodo prodesse videtur. Dens apri uti potens specificum laudatur; quod & ego
16 non improbo; at morbi initio non est præbendus ejus pulvis, præcipuè cum febris, ac dolor urget: ut mea observatione constat, &

tyrones

tyrones monitos volo: ex eo propinato dolorem intendi, ac febrem augeri notavi. Unde eo abstinere penitus statui, & ut vera dicam ab usu Medico ablegavi.

Fuligo lucida camini à ʒ j. ad. j. m. confert, & pro pauperibus 17
extat.

Sperma ceti summoperè commendo: quod cavendum ne sit ranci- 18
dum, oleoque nobiliori, & unctuositate florida sit spoliatum.

Pulvis, seu rasura priapi cervini ad ʒ j. cum aliis quoque conducit; 19
quemadmodum taurini, quamvis illius pulvis veluti magis volatilis, & penetrantior præfertur.

Pulvis Cardinalis Pallottæ uti constans ex vegetabilibus ferè inci- 20
sivis, ac expectorantibus loco decocti ejusdem expectorantis præscribi poterit ad ʒ j. vel ʒ j. m. Ad quam quoque dosim propinari jubemus ejus loco pulverem antipleuriticum Petri Foresti.

Conveniunt etiam terrestria vulgò testacea dicta, quæ acidum fi- 21
gens absorbendo, ac ferè præcipitando massam sanguinis solutiorem, ac floridiorem reddunt; uti oculi cancrorum fluviat., mandibum. Lucii piscis, tali leporis, C.C., eboris sine igne, corall. rub.
Quæ ubi humorum tenacitas adest, ac nimia sanguinis lentescentia 22
haud facilè præbenda jubeo; & abstineo: quæ enim sic propinata cum acido peregrino, & morboso, ac phlegmate viscidiori facilius conjunguntur, & implicantur, & coagulum formant minus superabile: nec per cruoris massam restrictam unita, conjuncta, & maritata materia, quæ præcipitari, ac segregari deberet, sejungitur, seroque imbitur; verum in eodem cruore acidum frænatum turge- 23
scentia remittente residet; ac cruorem veluti magis corporeum, inertiorem, ponderosiorem, ac magis limosum reddit; unde stagnatio, & obstructio osculorum tenujum vasorum inexpugnabilis habetur: quæ idcircò post sanguinis missionem unà cum decoctis dissolventibus in chartulas divisas propinare soleo.

Species pleuriticæ Mynsichth. uti pulvis ejusdem pleuriticus se- 24
cretissimus opportuno tempore commendantur; uti etiam stibium 25
diaphoreticum, lap. prunell. &c.

Stercora animalium pro secretis habentur, utpote quæ sale nitro- 26
so, & ferè armoniacali volatili constant: quæ humores crassos incidere, & acetosos corrigere valeant. uti album græcum, seù stercus album gallinæ ad ʒ j. & præstantius est columbinum; ita pariter caninum, quo Neapoli, cum ego studerem, sæpissimè utebatur 27
Clericus quidam, ac pauperibus cum juvamine præbebat non sine nostra admiratione: equinum quoque ab ipso Etmuller. commenda- 28
tur, præcipuè masculinum: Anglorum experimentum; si 5.3 pila una stercoris equini recenter excreti bene exprimatur, & succus expressus mox in principio propinetur.

Pleuriticis conveniunt per os sumpta olea præcipuè amydal. dulc., 29
semin. lini: quorum utri locus nobilior detur inter Auctores adhuc

con-

contenditur. Quamvis ol. lini in Pleuriticis usitatissimum sit, & ab
innumeris scriptoribus semper laudatum, eo autem non adeò fre-
30 quenter utor; sed ex amygdalis dulcibus, & ambrosinis præcipuè
31 expressum longè anteponimus; utpote quod suavius, blandius,
temperatius remedium est, oleositate ut sic dicam rorifera, ac nobi-
32 li præditum: quia non modo fibras inflammatione contractas, cris-
patas, & rigentes demulcet, & lenit; verum humores, ipsumque
cruorem laxat, & fundit, ac solidum ad pristinum tonum denique
33 restituit. Quod non modo Apulis indigenis veluti magis congruum
est; verum omnibus, & exteris uti præsidium absolutè nobilius
34 commendatur. Et quemadmodum præ cæteris Apuli pleuritico
morbo vexantur, amygdalis quoque abundantius fruuntur. Cui
35 nostra admiratione, ac documento provida Natura, idest sagacissi-
36 mum numen vidit, & coaptavit. Hoc oleum quolibet tempore ini-
tio, medio, ac ferè morbi fine propino; dummodo diarrhæa multa
37 non urgeat; vel cum brodiis, vel paulatim lambendum præbeo,
& quandoque mixtum cum aqua papav. rhæad., & syr. viol. præci-
puè morbi initio: eodem tempore, quo decocta pectoralia propi-
nantur, hora cænæ oleum hoc cum brodiis quoque sumendum ju-
38 beo. Caveant ne sit vetus, ac rancidum, aut igne elicitum: tunc
39 enim jam evanido rore illo amygdalarum oleoso, in quo omnis vis
juvandi inhæreat, salina parte exaltata, ac enudata non modo fau-
ces aduri, ac lædi sentiat æger; verum insuper interiora irritantur,
& perturbantur; & non rarò vomitus, aut diarrhæa violenta, &
inutilis oritur. Pleuriticorum igitur antidotus vera hoc oleum est.

Ex his unà cum sensato Baglivo contineri nequeo, quin exclamem
contra recentiores Helmontianos, qui vanis innixi hypothesibus in
40 Pleuritide, aliisque inflammationibus nunquam præscribere cessant
41 spiritus sales volatiles, pulveres acres, acutos, solventes, aquas
42 nimium diaphoreticas, & similia, quibus ferè saginant, satiantque
43 ægrotantem; cum per ea non solvunt, quod solvere volunt, sed ir-
ritatis magis, crispatisque pulmonum fibrillis fluidorum circulatio-
nem impediunt, ac veluti strangulant, mortemque quam citissimè
44 sollicitant. Ipsaque cardui sanct. aqua in principio data quoque mi-
hi interdum suspecta fuit. Et quemadmodum præcitatus vir horum
remediorum usum in ægrorum perniciem Romæ sæpissimè contigisse
45 sanctè fatetur; ita ego in hoc Regno Neapolitano, & maximè in
hac Apulia præsidia ista perniciosa fuisse plerumque observavi: ex-
46 perientiam testor. Quæ utique methodus non solum in Italia suspe-
cta est; verum in quamplurimis aliis regionibus calidioribus, aut
47 temperatis, & in quibuslibet aliis, in quibus Pleuritides à cruoris
orgasmo, ac œstro, & plethora potius, quam à tenacitate pen-
dent, perniciosa quoque notabitur: Excipimus enim quandoque
48 quasdam Pleuritides nothas à viscida, ac tenaci materia pulmonibus
49 impacta pendentes, & eas, in quibus neque inflammatio magis ur-
get,

get, neque phlogosis præpollet: in quibus spirituosis quibusdam uti licebit in brodio, ut elixire Helmont. per destillat. sine aloe parato (ne irritatio fiat, & diarrhæa sequatur, ac inflammatio urgeatur) 50
spiritu fuliginis, spiritu salis armoniaci sine calce: myrrhæ pulverem cum herbis pectoralibus uti tussilagine, hedera terrestri, & 51
scabiosa quandoque misceo, ipsumque mirabilem cognovi. In hoc casu decoct. pectoral. potentiori ex supradictis herbis prius utor, re- 52
cedendo quantum possum à spirituosorum usu, ad quæ descendo si decocta recensita imparia fiant.

Si materia pleuritica sit nimis viscida, aut Pleuritis maligna sit, uti vulgò dicitur, vel post phlebotomias pulsuum depressio adsit, & difficultas spirandi increverit; & denique ubi cruoris massa effœta, & semiobruta videtur, ut jis veluti resurgere possit, vesicantia con- 53
veniunt: quæ partibus acribus, & ut sic dicam ignitis grumefactum 54
cruorem solvunt, & aperiunt: anacatharsim coadjuvant, & sanguinis circuitum restituunt. Quod præter Hippocratem à Recentioribus præcipuè Willis, Baglivo commendatur. Nec rationes in ge- 55
nere ab Helmontio contra vesicantia adductæ movent. Ipse enim eorum naturam, & efficaciam, modumque haud enucleavit: argumenta corticalia tradidit, quæ à quibuslibet omnia perpendentibus facilè solvuntur, ac irridentur. Quibus abstinendum genuinæ 56
inflammationis initio, & ubi solidi nimia crispatio, & phlogosis adsit, & lingua nimis arida, scabra, & nigra, febris intensa, ac pulsus altus: quæ cautè ministret Medicus: eorum indicationem in eodem morbo variam plerumq; notabit: ratione, & prudentia magis ea adhibebit.

Remedia externa in Pleuritide sunt varia: pro sedando nimio do- 57
lore initio morbi uti soleo epithemate facto præcipuè spermate ranarum, simili illi, quod habet Bartholetus ad intemperiem Epatis in tractatu de respir. uti.

℞. aq: hyoscyami 58
nympheæ
plantag. an. ℥ ij.
Spermat. ranar. ℥ iij.
Sacchar. sat. ʒ m. e
m.
pro epithemate.

Quod tepidum cum linteis duplicatis parti dolenti adhibe, & reitera donec quodammodo remiserit dolor. quod veluti anodynum, & 59
sedativum conducit, nec partem dolentem irritat, aut inflammat; sicuti alia acuta topica, ac olea similia, & destillata; à quibus ab- 60
stinendum summoperè in principio, & maximè cum dolor urget: quod temerè, & inconsideratè multi faciunt: & longa observatione 61
probavi etiam unguentum dialth. (quod maximè commendo cum

oleo

oleo amygdal., lini, aut chamomillæ parti illitum) adeò intendisse, & auxisse dolorem, ut cogerentur ægri eum ablinire, ac remo-
62 vere: & hoc quoque notavit Hippocrates in Anaxione, ut infra dicemus. Idcirco mos mihi est Pleuritidis initio ante sanguinis missionem, & nisi dolor quodammodo remittere non inceperit, olea prædicta, & unguentum haud adhibere: quæ tempore opportuno 5.3 cum expectoratio promoveri debeat, & discuti tumor; tertia qua-
63 que hora, aut secunda cum omento vervecino parum calentia parti apponenda facio; cuius defectu charta Emporacea utor.

Seuum hircinum à multis commendatur: à Paracelso pinguedo muris montani: cujus unguentum erat.

65 ℞. pingued: muris mont. ℥ j.
ol: amygd. dulc. m.
chamomill.
ros. an. ʒ j.
m.[e]

66 Oleum chamomillæ quoque laudatur, verbasci, & hyoscyami: quæ & ego magis probo veluti magis anodyna. Vnguentum pleuriticum Mynsichth. quoque prodest.

67 Emplastra pariter conveniunt. Ab aliis recensentur emplastra de melilot., de gumm.ammon., at præ cæteris commendo, eoque cum mihi indicatio arridet, utor, emplastro 5.3. spermat. Ceti: quod sum expertus, & illis quandoque admisceo.

68 Nec usum eorum improbo, qui parti dolenti ad discutiendum
69 tumorem, adhibent quoque pullos, & pipiones dorso incisos, præcipuè vervecis pulmones adhuc calentes: quæ partem fovendo, & impacta naturali calore blandè discutiendo anacatharsim coadiuvant.

Quæ omnia utique conveniunt Pleuritidis curæ usque adhuc varicosa fuerit inflammatio, & intra vasa contenta: quibus enim omnibus ritè adhibitis curabitur æger, & Pleuritis undecima, aut decima quarta die terminabitur: peripneumonia vigesima prima. Interdum dictis terminis elapsis aliqua invaletudo ægris remanet; præcipuè veluti febrilis calor vesperi quoque exacerbescens, & præsertim iis,
70 qui gracili sunt prediti habitu. Idcirco Medicus cautus sit prospiciendo ne post tumorem varicosum factus sit ipse vltimus, ac corruptivus; id est verus abscessus; vel sit aliquis calor ferè hecticus, & radicata fermentatio in sanguine, veluti æquore post procellam non adhuc penitus silente. Ex utroque enim inposterum ægri pernicies oriri facilè poterit. Idcirco post ea tempora elapsa omnia rectè perpendo, ac thoracis regionem quam maximè examino. Si pectus immune videatur absque pondere præsertim ea parte, qua pleuriticus
71 dolor prius adfuerit; tunc quolibet mane præbendum jubeo pulverem Cortic. Peruviani juxta ætatem ad congruam dosim à ʒ j. ad ʒ ij:

quo

quo enim pulvere ſanguinis craſis debita reſtituitur, ac hectica fermentatio tollitur. Et ſic, uſque donec calor iſte penitus evanverit, & æger in priſtina ſanitate firmus videatur, X: XV: XX: & uſque ad menſem perſeverando eum quotidie propino.

CAP. VIII.

De Pleuritidis cura pharmaceutica Inflammatione ultima, & corruptiva jam facta.

SI inflammatio ſit jam corruptiva, & verus jam ſit obortus abſceſ- 1
ſus, tria juxta Etmuller. ſunt patranda Primo ſuppuratio promo-
venda. Secundo abſceſſus perfecta ruptio adiuvanda. Tertio abſceſ-
ſu aperto partis ulceroſæ mundificatio, & conſolidatio, ac ſimul pu-
ris excretio inſtituenda.

Cui triplici indicationi decocta pectoralia ſuperius recenſita ſatiſ- 2
facere videntur; idcirco ab jis non deſiſto donec aut perfecta fuerit
anacatharſis; aut hac non completa ſuppuratio, & ruptio abſceſſus
eveniat, & in caſu dubio ſuppurationis, jiſdem indulgeo. Cum ve-
rò ſuſpicio ſit verum jam factum eſſe abſceſſum valentiora adhibeo; 4
uti parata ex hyſſopo: ſyrupum de ſymphito Fernelii; ſyrup. de 5
Nicotiana, ac præcipuè decoctum tabaci Ferdinandi: quæ ſingula 6
apoſtema maturant, & rumpunt: Ex nicotiana enim præcipuè præ- 7
ſidia utpote quæ acutiora irritando vomitum, & ſternutationem in-
ducunt, illud rumpunt. 8

Decoctum Tabaci eſt hoc.

℞. fol: tabac. ℥ j. bull. in aq: dulc. ℔-ij. ad conſumptionem medietatis: addend. in fine fol. malv., branc. viol. an. m. j. Colentur, & cum ſapa miſceantur, & detur calidiuſculum pluries cochleatim.

Quo decocto uti valentiori non niſi poſtremo loco utor, & cum 9
maxima urgeat vis rumpendi: at ejus vice prius ſyr. Nicotianæ,
quem pluries ſum expertus, ad ℥ j. pro vice præbeo.

Fumus Nicotianæ quoque proficit, ut ſi folia ejuſdem reponan- 10
tur ſuper cineribus adhuc ignitis, & fumus per fiſtulam excipia-
tur: at magis proficuus eſt fumus ex nicotianæ pulvere carboni-
bus injecto.

Ruptionem coadiuvant etiam emplaſtra parti affectæ appoſita 11
uti ex quatuor gumm; ex fodicat. Paracelſi, quod nimis potens
eſt: omnia denique topica, quæ pro abſceſſum ruptura conve-

niunt; sunt applicanda; uti olea, & unguenta, inter quæ præci-
12 puum habeatur unguentum filij Zachariæ.
13 Æger suum quoque exequatur munus, sese volvendo de uno
latere ad aliud, tussiendo, ac fortiter reiterando, & nicotianæ
pulvere, aut alio sternutationem provocando.

At quia ruptio, seu apertio abscessus duplici loco fieri potest
juxta tumoris situm, ac Pleuritidis conditionem, duplicem me-
thodum requirit. Aut abscessus fit in musculis externis tantum,
thoracis, & tunc juxta Etmuller. documentum optimum esset ut
quoties certi essemus de maturato abscessu saltem perforentur spa-
14 tia intercostalia; cum hoc tutò fieri possit, dummodo locus, in
quo abscessus continetur certè, & exactè cognoscatur. Nec enim
in eo loco, quo in empyemate, pure jam in thoracis cavitate,
collecto sectio fieri solet, apertio instituenda, sed ex pondere,
15 dolore, & calore locus abscessus nidus investigandus, & intra
duas costas leviter aperiendus est: sed cautè omninò procedatur.
Quæ apertio saltem in abscessu extra pleuram locum quoque
16 habet, & quandoque abscessus adeò externè tumet, ut veluti sac-
17 culum promineat, qui facili sectione aperitur. Et ego scio bar-
bitonsorem quemdam chirurgiæ quodammodo practicum, qui
Pleuritide in musculis externis laboravit prope spurias nothas la-
teris Sinistri, in abscessum patentem coincidit, quem ipsemet ce-
cidit; & emissa puris notabili parte consuetis digestivis, & con-
solidantibus perfectè curavit: ipse quoque vivit, & cicatricem
ostendit. Etiam inflammata pleura præcipuè ea parte quæ muscu-
los intercostales respicit, adeo ut ea parte abscessus rumpatur, &
18 pus musculos adiacentes ferè inundet, hæc perforatio, seu para-
centhesis institui poterit; sed cautè nimis, ne perterebrata pleura
ea parte, qua sana est nova & periculosior inflammatio oboria-
19 tur, & æger binis morbis pessundatus mortem indubiè solvat. Id-
circo in tam ardua operatione lentè procedendum, & non nisi
præstantissimo Chirurgo, & Anatomico fidendum, ne artis infa-
mia emergat.
20 Aperto igitur abscessu abstergendum sit ulcus: & syringa præ-
21 cipuè iniicendum sit decoctum vulnerarium elicitum ex hedera
terrestri, herb. veron., radic. aristolochiæ, myrrha: cui addi
poterit spiritus vini plus minus pro ratione quantitatis liquoris
iniiciendi; vel potius spiritus terebinthinæ veluti mundificantium
princeps, & balsamicus.
22 Si verò abscessus ad exteriora haud inclinet, sed in penetrali-
bus fiat, in varias rumpitur partes: quandoque ex dilatata pleuræ
pus intra saccum colligitur; ex cujus membranæ laxitate, & præ
dolore, distentione, ac agitatione, quadam flaccitate acquisita
23 fieri nequit abscessus ruptio; quæ ut accidat membrana necesse
est

est ut maneat tensa, ut disrumpi valeat. Quod notavit Lin- 24
danus in filia D. Pisonis, cujus verba reticere non erit. Au-
* ctores (inquit) semper crediderunt suppuratione facta pus
* semper infundi in cavitatem thoracis, atque empyema fie-
* ri. Verum sæpe tantum est collectio puris in parte ante
* affecta, quod vidi in filia Domini Pisonis, quæ in Pleu-
* ritidem incidit, quæ in suppurationem transiit. locum
* Chirurgus candela cerea exploratoria exploravit altè; sed
* inde nihil potuimus colligere. Nam puella mortua cum
* dissecta fuerit, invenimus membranam succingentem pleu-
* ram dilatatam in immensum saccum, in quo subsidebat
* omnis purulentia. Illud tamen magni Medici hac de re
* consulti omnes esse putabant; verum hic frustra fuit para-
* centesis facta, & miserè obiit. hæc ille.

In quo igitur sacculo purulenta materia nimis acri, & 25
putrida reddita facilè moriuntur ægri: & si quidam hujusmo-
di affecti evaderent (quod admodum difficile duco) non ni- 26
si hoc modo fieret, quod ab illa materia acri, & corrosiva
erosis, & corruptis sanguiferis vasis, à quibus imbibi, &
resorberi posset illud evasatum: quod deinde per ureteres,
aut alias vias excerneretur ut supra innuimus ex Bartholino:
& sic natura ipsa veluti medicatrix partes consolidaret, &
callo obduceret.

Vel apostema in pleura factum in cavitatem thoracis
abrumpitur, & empyema efficit: tunc in alium morbum
commutatur Pleuritis; qui utique solvatur non adeò facilis 27
est, & phthisis timorem habet. uti ex Hippocrate V. aphor-
* tex. 15. *Quicumque ex morbo laterali suppurantur, si in qua-*
* *draginta diebus purgantur à die, qua fit ruptio liberantur; si*
* *verò non ad tabem transeunt*. Quoniam materiæ purulentæ
per tracheam ad os non adeò facilis est, ex qua detenta
pulmones ipsi inficiuntur, & ulcus insanabile acquirunt. Id-
circò præsidia quælibet, quæ in empyematis cura à clarissi- 28
mis Auctoribus recensentur sunt propinanda: quæ, ne ni-
mis voluminosus fierem reticeo: & quia extra nostram
aleam esse videntur, commutata jam Pleuritide in alium
morbum nempè empyema: de quo legendi sunt inter cæte-
ros Clariss. Senn., Willis, Etmuller., & nunquam satis 29
laudatus Richardus Morthon. Ex quibus omnia, quæ cu-
piuntur habentur, & methodus satis aperta rationabilis præ-
betur.

Vel abscessus, seu apostema in ipsis pulmonibus fiat quan-
doque circa partes, ac glandulas, ex quibus materia puru-

30 lenta exitum in bronchia, & tracheam, faciliorem reperire possit; & sic expectorantibus ejus eductionem promovere par erit: & deinde consolidantibus, & balsamicis apostematis sinum coæquare, & conglutinare congruum erit. Materia exitum interdum non adeò facilem per tracheam reperiet, sed intus diù contenta, & partes propinquiores ferè exedens
31 cavitatem magnam in ipsis pulmonibus efficit, quæ vomica difficilioris erit curationis: si disrupta per
32 tracheam exitum quæret, instantaneæ suffocationis periculum habebit, præter sinuosum ulcus non adeò facilè sanabile: aut lacerata membrana pulmones ambiente empyema quoque ex peripneumonia fiet.

Pro quorum cura, diagnosi, & prognosi præcitati Auctores consulantur præsertim Willis de pulmonis vomica, & Morthon, qui de Phthisi quammaxime, ac maturè scripsit.



JOANNIS BAPTISTÆ VERNA

Lancianensis Phil:, ac Medic: Doctoris,

E T

Vigiliensis Physici Primarii

PRINCEPS

Morborum Acutorum PLEURITIS.

PARS SEXTA

De Pleuriticorum X V. Historiis
Ex Epidem. Hippocratis

JUXTA

Nostram sententiam expositis, & commentatis.

PLEURITICUS I.

Ex lib. 3. Epidem. sect. ægrot. VIII.

A*Bderis Anaxion, qui ad Thracias portas decumbebat, in febrem acutam incidit: dextri lateris dolor assiduus; siccam tussim habebat, neque expuebat primis diebus: siticulosus insomnis; urinæ boni coloris, multæ, & tenues. Sexta die delirus: ad calefactoria nihil remisit. Septima dolorosè agebat; nam & febris augescebat, & dolores non remittebant, & tusses infestabant, difficulterque spirabat. Octava cubitum secui, effluebat sanguis multus, veluti debebat. Remiserunt quidem dolores; tusses tamen siccæ comitabantur. Undecima remiserunt febres: parum circa caput sudavit: tusses adhuc, & quæ à pulmone prodibant liquidiora erant. Decima*

cima septima incepit pauca matura expuere alleviatus est. Vigesima sudavit, à febre liberatus est, à judicio rectius habuit, siticulosus verò erat, & à pulmone non bonæ purgationes. Vigesima septima rediit febris, tussiit, eduxit matura multa: in urinis multa subsidebant alba, desiit sitire benè spirans: trigesima quarta sudavit per totum, à febre liber penitus judicatus est.

2 Hæc Anaxionis Pleuritis genuina inflammatio fuit, & fortis, sed
varicosa, & non corruptiva lateris dextri, in qua pleura, & muscu-
li subjacentes inflammationem patiebantur; febris essentialis utpote
3 quæ remisit undecima, & dolor octava: quæ rediit vigesima septi-
ma, & non verò dolor; ac crisi generali fuit soluta nempe per spu-
4 tum, urinas, & denique per sudores in toto. Unde colligitur quod
ex fermentatione sanguinis, & ebullitione febricitabat: ex cujus
5 partis crassæ ad locum quemdam præcipitatione præcipuè ad thora-
6 cem dolor lateris, uti tussis; quamvis ab ipso dolore febris ipsa ma-
7 jori ex parte præcipuè in principio intenderetur: quandoque enim
symptoma magis affligit, quam morbus ipse: & dolor symptoma-
8 ticus fuit. Tussis arida; quia pleuræ, & adjacentium partium ten-
sio cum pulmonum villis consentiens eam efficiebat inanem: & ex
intrinseca penè partium convulsione præcipuè glandularum oris, &
9 tracheæ nihil excipiebatur, aut siquid nimis modicum, & tenue
10 primis diebus expuebat: & ex ipsa interna perturbatione siticulosus,
insomnis, & pervigil fuit; indeque illa adaucta sexto deliravit.
11 Urinæ boni coloris, multæ, & tenues, utpote quæ inconcoctæ (ut
vulgò dici solet) tenues erant ob solidi crispationem quodammodo
percolatæ; & boni coloris, quoniam saturæ, ac intensæ non erant,
neque crassæ, uti in fine morbi; quoniam præter solidi vitium ex
cruoris massa magis restricta salia, & partes sulphureæ, & scabro-
sæ tingentes, quæ intimè continebantur, haud emittebantur; sed
tantummodo ea tenuiora, & quæ ex agitatione febris detraheban-
tur. multæ; quia latex aquosus à sanguinis crassamentis, quæ pro-
pè thoracem magis restitabant, facilè decidebat; & diffluebat se-
rum, quod ad fluitandum inserviret. Post fomenta autem calida
12 nihil remittebatur; imo potius exacerbari dolorem ducimus. Et se-
13 ptimam dolorosè egit partim ex calefactoriis, quæ sanguinem tur-
gescentem, ac nulla phlebotomia deferventem ad magis ebullien-
14 dum duxerunt; indeque febris augebatur, & difficultas spirandi, &
omnia exacerbata fuerunt; partim ex illo die, qui septimus erat ad-
modum considerabilis in morbis acutis præcipuè in Pleuritide; in
quo maximus conatus inter morbum, & naturam (ut vulgo dici so-
let) aderat; idcirco omnia intendebantur. Cum observasset Hip-
pocrates fomenta non juvare, & septimo febrem intendi; dolores,
& tusses, ac dificultatem spirandi vrgere; indeque novum materiæ
affluxum fieri, & inflammationem adaugeri, & ingentem evadere
ne suffocaretur æger, aut apostemati corruptivo subderetur, largam

san-

ſanguinis miſsionem inſtituit, uti debebat; alioquin inſufficiens 15
fuiſſet, & major perturbatio eveniſſet juxta Williſii monitum: un- 16
de depletis vaſis, ac ſpiritibus difflatis dolores remiſſi ſunt: at quia 17
materiæ pars jam antea pectori infixa, ac ſtagnans haud penitus
diſſoluta fuerat, & ſemper aliquid de novo adveniebat; tuſſes conco-
mitabantur, at verò (quod notandum) non infeſtabant ut prius. 18

Hinc eſt celeberrima quæſtio, utrum Hippocrates octavo tantum
die primum ſecuerit venam; & quare in ſic urgenti morbo phleboto-
miam diſtraxerit? & ſanguinem haud miſerit prima, ſecunda, aut
tertia die, uti patrare debuerat? Galenus putavit Hippocratem aliam 19
ſectionem in primis diebus celebraſſe; reticuiſſe autem Hippocratem
ſicuti remedia cætera. At Valleſius negat inquiens, ſi ſexto die ten- 20
* tavit Hippocrates fomentis, & ſeptimo obſervavit nihil illis juva-
* ri, quia eo die febris intendebatur, & dolores non ſunt imminuti,
* & tuſſes infeſtabant, & difficili erat reſpiratione non eſt cur ante
* octavum venam ſecuit.

Quas opiniones conciliando, earum partem probamus, alteram
non. Et probabilius eſt Hippocratem huic ægroto haud à principio 21
Medicinam feciſſe: Cum ipſe magni nominis vir eſſet, non ſolum 22
per provincias, at etiam regiones excurrebat; uti ex hac tertia
Sectione notandum primos ægrotos fuiſſe in Thaſo prope Thraciam, 23
& Abderam inſula: alios in Lariſſa in Theſſalia; quæ vel ipſa poſita 24
ad Peneum amnem in Pelaſgiote, vulgò Larza dicta; aut illa Pen-
ſilis dicta ad Maliacum ſinum vulgò Lariza: alios fuiſſe Abderæ, 25
vel plurali nomine Abderis. Abdera nunc Polyſtilo aliis Aſperoſa 26
ad litus Ægei ſita eſt in Thracia nunc Romania, patria Democriti, 27
ad quam quandoque, & ad ipſum philoſophum Hippocrates tende-
bat à patria 5.3. inſula Coo nunc Stanchio dicta, ſeu Lango Apellis 28
quoque patria, ac Æſculapii templo celeberrima; quæ inſula Na- 29
toliam reſpicit, à qua ſex millia maris diſtat. Vnde colligere erit, 30
quod Hippocrates vel immediatè à patria accerſitus uti ad curam
Democriti (ipſe de Hippoſtene luctatore ſuam abſcentiam in princi-
pio ſimiliter notat) vel à Lariſſa (ut in hac conſtitutione eſt proba-
bilius quod immoraretur) Abderam non ſtatim abivit; ſed poſt ali- 31
quot dies, etſi in principio morbi Anaxionis Abderis adfuiſſet, forſan 32
ad eum non fuit accerſitus ante ſextum morbi diem, uti nobis contin-
git: & facilè hoc arguitur eo, quod Hippocrates ſigna morbi ex ini- 33
tio uſque ad ſextum per tranſennam, & ut ab aliis relata tradit, dies
haud notando; indeque ab aliis Medicis Abderitanis venam in 34
principio, uti debebant, ſectam fuiſſe: alioquin ſenex ipſe feciſſet;
& ea, quæ evenerunt, diſtinctius notaſſet. Idcirco obſervato ſexto
dolorem tentavit fomentis calidis diſcutere: & cum notaſſet quod ex 35
jis nihil remitteretur, ac ſeptimo cuncta adaugeſcerent, octavo cubi-
tum ſecuit. Et ex dictione, ſecui, apertè ſignificatur; Ego ſectio- 36
nem inſtitui, quia alii, & non ego primam juſſerunt. Siquis quære- 37
ret

38 ret quare Hippocrates illicò post sextum, cum per fomenta morbus non remitteretur, septimo saltem venam non secuit? Dicimus quod
39 sexto deliravit, ac fomenta postea quasi in ejus fine diù fuerunt adhibita; & forsan ex aberratione mentis conferentia discerni nequibat; unde necesse fuerat observare saltem sequentem diem 5.3 septimum, ut paulò longius fomentorum effectus exploraretur; imo
40 quia septimus dies in medicina admodum considerabilis est, in quo natura crisim, hæmorrhagiam, aut anacatharsim moliri suspiciebatur: at verò cum cognovisset omnia exacerbari, & morbum præcipitem fieri, artis auxilio sanguinis missionem amplam instituit; uti morbi magnitudo, ac incrementum requirebat.

Hinc colligitur, ut supra notavimus, fomenta ante sanguinis
41 missionem haud esse adhibenda præcipuè cum Pleuritis sit sicca 5.3 cum nihil per quamcumque viam aliquo modo evacuetur: cujus spe-
42 ciei videbatur fuisse primis diebus Anaxionis Pleuritis, ac esset, nisi sanguinis missio prius celebraretur: ex qua, uti ex Hippocrate notavimus in lib. primo de morb., laxata fibra, & cruore soluto
43 sputum apparuit. Si quandoque febris neque magna urgeat, & à principio ferè sit aliqua anacatharsis; neque nos cogat illicò ad sanguinis missionem: aut sit Pleuritis minus propria ex valde miti musculorum inflammatione, seù potius notha, ac spuria à crassiori materia, seu viscidiori cruore nata; aut à vitiata lympha, seroque musculos externos inundante, aut frigoris spiculis ipsis infixis oborta, calidis fomentis morbum solvere tentamus; præcipuè cum dolor adhuc ex dubia causa pendeat, & lateris potius, quam verè pleuriticus sit. Et hoc sensu apertè loquitur Hippocrates lib. de vict.
44 rat. in morb. acut. *Cæterum pleuritis hoc est dolor lateris sive ab initio fiat, sive postea calefactoriis quidem primum non alienum est tentare dissolvere: quod si ad calefactoria dolor non solvatur, non multo tempore calefacere oportet; resiccat enim hoc pulmonem, & suppurationem*
45 *facit*. At si redundantis cruoris patentiora signa aderint, ac gravis inflammatio suspicietur, aut erit, relictis fomentis subjungit Hippocrates: *At siquidem dolor ad claviculam de se significationem præbeat, aut gravitas ad brachium, aut circa mammam, aut supra septum transversum venam secare prodest in cubiti flexura interna*, &c.

Notandum in Anaxione à sanguinis missione illicò, eodemque
46 octavo die remissos fuisse dolores, febres verò undecimo: & quarè dolores, & febres haud unà defecisse? Ad hoc fatemur, uti alibi quoque notavimus, quod dolor interdum cum sit acerbus febrem obscuret spiritibus cordis usui destinatis aliò tendentibus 5.3 ad partem dolentem; unde læsioni, ac irritationi factæ cordi à sanguine cespitante spiritus haud pleno radio, ut par esset, occurrunt; indeque febris minor apparet: at verò remisso dolore, & spiritus plenus pateat ad cor irritatum affluxus, febris manifestatur: & hinc est quod quamvis dolor à sanguinis missione octavo die remiserit; quia

depleta

depleta jam erat lentescentis cruoris multitudo, quæ in gradu, & signo ad constitutionem doloris erat, spiritus liberiori, & expeditiori cursu ad cor tendebant ad sanguinis partem adhuc lentescentem exprimendam, & elutriendam, quæ lentè quoque in vasis circumferebatur, & premebat; indeque natura adhuc perturbaretur, & febris adesset: at denique magis soluto, & attenuato hoc vasorum cruori, spatiosiori cavitate evadente ex venæ sectione undecimo febres minuebantur. Cujus solutionis signa apparere ceperunt ex parvo sudore, qui circa caput fuit, & ab humidioribus à pulmone prodeuntibus: decima septima verò pauca concocta spuere cepit; 47
prius enim nimis impacta in vasis materia (Hippocratis Hippace) in partes deinde soluta, quæ erat morbi radix vera, ac propria; unde conferentia, & judicium rectius evenit: vigesimo sudavit, febre liberatus est. Sudor accidit quia solidum jam laxatum erat; in- 48
deque serum ferè emortuum uti rejectaneum fuit eductum: & depleta humorum massa rythmus servabatur, & æquilibrium solidi, ac fluidi: & quamvis vigesimo æger melius, ac rectius se habuerit; 49
tamen verò non penitus convaluit, timorque recidivæ erat; ut accidit: quoniam non omnia rectè congruebant, quia siticulosus erat, 50
quod significabat materiam viscidam haud fuisse penitus attenuatam, semperque *etsi leviter cæspitare*: indeque interna perturbatio quamvis ad pulsum haud manifesta mutatio: uti in similibus futuris recidivis notatur; quod quamvis febris non adsit, pulsus verò si perspi- 51
caciter observetur, non naturalis, uti deberet, est; vel calor ad tactum insuetus percipitur: quoniam in jis ob vires multum à morbo 52
pessundatos quod adhuc remanet quamvis premat, & agitet, cor non ita irritat, ipsumque contra non adeò insurgit, ut febris positivus gradus constituatur. Idcircò recollectis in Anaxione à vigesi- 53
mo usque ad vigesimum septimum viribus, ac insurgente natura ad eliminandas morbi reliquias, febris rediit; idest materia crassiori jam sejuncta, & elongata, ac dispersa in venis cum ad glandulas, & emunctoria proportionata appulerit, solidum vellicabat, & ad 54
exprimendum urgebat; indeque febris: & à viribus valentioribus multa concocta per tussim sunt excreta, & in urinis multa subside- 55
bant alba, & facta est universalis crisis; indeque sitire desiit, quia fluida saliva linguam irrigabat, & fauces, & benè spirabat circumeunte liberè sanguine. Radice denique morbi (5.3 crassamentis) jam penitus evulsa, à qua aliqua tensio in omnibus corporis fibris pendebat, indeque cutis pori angustiores erant, laxitate ejusdem 56
habita sudores diffluebant: & sic fluidi, ac solidi optimum æquilibrium obortum fuit, febris cessavit, & in totum æger est judicatus.

Ex hoc Anaxionis casu celeberrima oritur quæstio quo modo in-
* telligendus sit Hippocrates tex. 8. 5. aphor. *Quicumque morbo la-* 57
* *terali correpti, si in quatuordecim diebus non repurgentur, hi ad sup-*
* *purationem veniunt.* Anaxion verò decima septima incepit pauca

58 concocta expuere, & trigesima quarta judicatus est: unde aliter
conputandus, est numerus 14. dierum juxta Fuchsium: Et inter re-
59 centiores Claris. Lucas Tozzi vult computari 14. diem à fine status,
vel ab initio declinationis; atque adeo Pleuritis illa suppurabitur,
quæ post statum, & maturitatem quatuordecim dierum spatio inpo-
sterum non repurgabitur: Quod contra experientiam, & Hippocra-
60 tis mentem esse videtur: Vnde rectè ait Christophorus à Vega in
eodem comment. Fallitur tamen quam maximè (Fuchsius) nam
Pleuritis lib. primo de rat. vict. in morb. acut. inter morbos præci-
puè acutos recensetur; sed acuti morbi 14. diebus terminantur, à pri-
ma die facta computatione, sive æger spuat, sive non. Præterea
Anaxion die undecima cepit spuere, quoniam inquit undecimo fe-
bris remisit; modicum circa caput sudavit, tusses adhuc, & quæ à
61 pulmone educebantur, humidiora erant; malè igitur facit compu-
tationem à 17. Quin & Galen. lib. primo de Cris. cap. 18. inquit de
Anaxione loquens. Dies enim undecimus optimè, sed debilis co-
ctionis initium fuit. Præterea 17. dies media est inter primam, &
62 34. ut prioris medietatis finis est. Qua igitur computatione potuit
Fuchsius invenire ab initio in diem decimum septimum, decem &
septem dies; & à die 17. in diem 34. quatuordecim dies? Cæterum
quamvis Hippocrates supra 14. statuat Acutorum limitem Prog. 3.
lib. 3., diem 20. scripsit acutorum morborum terminum: quoniam
is est ipsorum terminus externus, aut quoniam in ipsum delabun-
tur nonnulli eorum, qui diminutam aliquam judicationem sunt
passi, aut quoniam sunt aliqui acuti morbi, qui non servant exactè
eorum naturam: sic etiam modo quamvis dixerit morbum latera-
lem, qui non purgatur sputo, in suppurationem transire in diebus
63 14. nihil obstat aliquos acutos passos diminutas evacuationes declina-
re in vigesimum diem terminum Acutorum externum: primis nam-
que diebus erant urinæ multæ, & undecimo circa caput sudavit.
64 Quoniam itaque acuti morbi 14. diebus finiuntur, decidunt tamen
65 aliqui in 20. Ita lateris dolor Anaxionis, qui deberet finiri, aut sup-
purari 14. die, delapsus est in 20. atque ibidem desiit. Nam ut in-
quit Hippocrates vigesimo sudavit, à febre liber, à judicatione ve-
rò levatus. Mansit utique judicatus, & liber 20. die: quoniam etsi
66 27. rediit, fuit recidiva, & contigit ei, quod multis aliis, quibus
jam sanitas restituta est reliquiis tamen morbi manentibus. Quod
tamen recidiva fuerit docet Gal. lib. primo de crisi cap. cit. de judi-
catione Anaxionis in die 20. dicens. Non tamen integra crisis sub- *
secuta est, quoniam neque exquisita coctio urinarum, aut sputo- *
rum. Quæ nobis quam maximè arrident, quia quamvis Hippocra-
tes morborum acutorum terminum decimum quartum plerumque
dicat; tamen verò hic quandoque ultra extenditur: & sicuti ut supra
diximus peripneumoniæ ex ipso Hippocrate terminus est vigesimus;
67 quia laxioris systematis pars affecta est; ita pariter Pleuritis ipsa ra-

tione

ratione subiecti, majoris, vel minoris laxitatis prolixior, aut brevior erit: & hinc est quod juxta ægrorum constitutionem, & corpo- 68
ris habitum Pleuritis quandoque septima, nona, undecima, 14. & 17. terminatur; ita pariter & vigesima, & præcipuè cum sit species quædam Pleuro: pneumoniæ, aut Pleuritis in Peripneumoniam transeat, in quam hæc Pleuritis Anaxionis septimo quodammodo 69
incidisse videtur: & sic quamvis una pars 5.3 pleura liberetur u. g. septimo; pulmones verò non nisi vigesimo ab ejus principio, ac nova morbi additione. Imo nos dicimus Anaxionem ab octavo incepisse 70
multo repurgari; quoniam nos computamus ex eodem die, quo magna Pleuritidis causæ pars fuit euacuata :5.3. larga sanguinis missione & parum refert, utrum vacuatio arte, aut natura acciderit; eo, quod quocumque modo eadem fiat morbum minuit: & ut ex Sydenham notavimus anacatharsi supplere magis venæ incisæ foramen: indeque undecima die in Anaxione incepit aliqua pars morbi materiæ per tussim eici, & decima septima crassior: vigesimo æger fuit à febre liber. Et quamvis pars materiæ morbosæ reliqua fuisset; unde recidivavit vigesimo septimo; tamen verò, quia hæc non erat contenta, & restricta, aut extrauasata ut dici solet; idcirco non fuit 71
suppurata; imo per vasa diffluens suppurationi obnoxia erat. Quemadmodum frequentius accidit, quæ post morbos relinquuntur, reci- 72
divas facere consuescere, & tamen ea non suppurari, quamvis febrem regenerent: alioquin sæpissimè eveniret post morbos phthisicos evadere: quod falsum est. denique Hippocratis textus intelligendus est, quoties nulla adsit repurgatio arte, aut natura: & sic Anaxionis Pleuritidi nisi Hippocrates venæ sectione occurrisset octa- 73
vo, ruinosa fuisset: à qua æger aut suffocatus fuisset decimo quarto, 74
aut prius; aut nihilo evacuato tumore varicoso nimis adaucto, ac corruptivo facto; quia facillimè fuisset extravasatio, ac omnimoda vasorum compressio; suppurationem fieri necesse fuisset.

Ex his igitur colligendum rectè omnia perpendenda esse & si nulla fuerit repurgatio arte, aut natura, elapso decimo quarto in Pleuri- 75
tide suppuratio an adsit: & tunc rectè consideranda sit ætas, corporis habitus, ac ægri natura; & utrum morbus transmutatus fuerit edomito priori, & altero longiori vigente; & si sit repurgatio: quæ quolibet modo sit perspiciendum utrum fuerit, & sit sufficiens; & ne aliquid extra sit positum, & apostema factum sit verum corruptivum: quandoque enim etsi multa, & concocta qualibet via fuerint excreta; tamen Pleuritis interdum adeo vehemens fuerit, & mate- 76
ria morbosa maxima, ut ejus pars in verum apostema secesserat, quamvis pars altera magna, ac ubertim fuerit evacuata: indeque nos sæpè decipimur morbum eradicatum esse putantes excretæ materiæ molem mensurando; cum tamen aliquod remaneat in latibulis segregatum, & in abscessum commutatum: quod ex cæteris signis superius recensitis sit distinguendum.

PLEURITICUS II.

Ex V. Epidem. ægrot. III.

1 *SComphus in Oeniadis Pleuritide correptus mortuus est septima die delirus. Pharmacum autem bibit deorsum purgans: die autem priori mentis erat compos, & purgatus est non multum, purgatus autem deliravit.*

2 Scomphi historia quam brevissimè ab Hippocrate refertur; uti ægri non sui, ac methodo perniciosa ad necem perducti, qui in
3 Oeniadis, seu Oenade Ægei insula, nunc Sicandro, quæ ex meridie Cretam respicit, degebat: ad quem forsan accersitus fuerat, postquam pharmacum sumpserit ille. Dixit Hippocrates: *Pleuritide correptus mortuus est septima delirus*: & deinde subsequentem periodum subjungit uti mortis causam: & duo præcipuè notat; unum
5.3. quod ante pharmacum mente compos erat; alterum purgatus est non multum. Ex his denotatur quod quamvis Pleuriticus possit etiam esse, ac mori delirus, aut ex vi solius pleuræ affectæ per consensum capite patiente, aut vera Pleuritide in Peripneumoniam, vel septi transversi inflammationem commutata; aut quolibet modo
4 id evenerit; tamen verò delirium à pharmaco promanasse indigitare videtur: eo quod si ex vi propria morbi delirium acciderit, notasset utique versatissimus senex ex ægri, aut adstantium relatione successivi delirii præludium, ac retulisset; sed admodum apertè fatetur, ac si nobis indicaret immediatam, & ut sic dicam inopinatam ægri mutationem à libera mente ad errantem, ac delirantem. Se-
6 cundò: purgatus est non multum. Idque haud evenit uti notavit Vallesius in eodem comment. Videtur (inquit) suspicionem *
hanc augere, quod purgatus est non multum; nam à pharmacis non *
omnino levibus cum expurgatio non procedit, meritò timetur ne *
commota excrementa, & non exeuntia in partem aliquam nobi- *
lem ferantur, ubi deteriorem aliquam passionem faciant. Quasi *
hic Clariss. Auctor fateri vellet, si pharmacum valentius fuisset, humores peccantes eduxisset. Quod non sic. At hæc parva dejectio
7 evenit eo, quod materia pleuritica nimis crassa, ac compacta erat, cruorque multum lentescebat: indeque ut expurgaretur admodum repugnabat: ideoque Hippocrates ait. *Corpora cum quis purgare voluerit oportet fluida facere*. Imo ex crispatione, ac convulsione ferè
8 interna partium præcipuè intestinalium ex violento morbo sic affectarum, non nihil nisi paucum excerni deberet, & hoc fluidum, & subtile: & sic euacuatum fuerit quod necessarium erat ad diluendam crassiorem materiam morbi radicem; unde evenit quod reliquum erat in vasis pertinacius fieret; & coagula multiplicarentur, ac in-

flam-

flammationes, viribus ex eo quoque magis diffractis, & pessundatis: & forsan ex pharmaco in Scompho præter Pleuritidem morbum 9
primarium, & primo loco factum suborta fuit septi, pulmonis, & ipsarum meningum inflammatio; indeque delirium, ac præceps fatum.

Ex hac igitur historia moneantur præcipuè tyrones; & nimis cauti sint in pharmacorum usu, maximè Pleuritidis initio, & cum magna sit febris: ratione enim inflammationis pharmacum potentissi- 10
mum virus est. Et ut sic dicam in genere in omni Pleuritide, quæ dubia sit, semper minus errabit, qui phlebotomia curam adorietur, 11
quam qui pharmaco, etsi hoc reipsa potius, quam illa conveniat: sanguinis enim missio inconveniens non adeò ruinosa erit, ac indebitum pharmacum. At verò ut superius diximus cautissimè eumdum, ac paulatim morbi altitudo exploretur. In declinatione morbi, & cum febris aut penitus abfuerit, aut maximè remiserit, si per anacatharsim, aut urinam natura sese non exonerarit, molle solutivum, ac blandum ad excernendas, & eradicandas reliquias, quæ recidivas facere consuescunt, haud inconveniens erit.

PLEURITICUS III.

Ex V. Epidem. ægr. V.

* *EUridamus in Oeniade peripneumonia decima die cepit delirare: cu-* 1
* *ratus autem rediit ad mentem, & sputa fiebant puriora, & mor-*
* *bus ad melius procedens, & somno multo perfusus est: & oculi icterici*
* *fiebant, & mortuus est ad viginti dies.*

Quamvis Galen. 3. de diffic. respirationis, ac initio primi commentarii libelli de humoribus quintum, & septimum librum Hippo- 2
crate indignum esse dicat: Nec Thessalo, aut Polybio, aut alicui è probatissimis Hippocratis discipulis adscribere velit; ac proinde eos veluti rejectaneos absque commentariis relinquat; Nos verò ægro- 3
torum, qui quolibet morbo laterali correpti sunt, res singulas quolibet tempore obortas (etsi alieno scriptore) perpendere sentimus: sicuti de quibuscumque ægrotis Vallesius ipse intelligit: ex quibus (ut ipse ait) aliquid fructus capi poterit, & animadvertere, quæ 4
prorsus res erunt inutiles, aut indignæ monere, & hoc ipsum judicare. Alioquin si hos libros omnes Hippocratis esse velimus; quæ in jis 5
reperiuntur etsi prima facie quandoque contraria, & opposita videantur; tamen si sagaciori mente perquirantur, omnia ad suum ordinem redigentur; ac unicuique suum continget commentarium, firma semper remanente veneranda Hippocratis Auctoritate, ejusque

que doctrinæ oraculo nunquam ſpernendo. Ille ſummus Medicinæ
6 Principes non omnia, quæ in Epidemiis exaravit, uti præcepta de-
7 dit; ſed veluti hiſtorias, quæ ſibi, aliiſque evenerunt, enarravit:
8 omnia ſiquidem prudentiori animo ſeligenda poſuit. Caſus quam-
9 plurimos breuiter neque dietim, neque ſigillatim expoſuit: quædam
10 uti non ſua, ſicuti de ſcompho diximus; alia utpotè notabiliora, ac
magis examinanda inſcribuntur ſecretis, ac relictis cæteris parum
nobilibus, recollectionem haud merentibus; Cuius cenſus eſt hæc
11 hiſtoria Ægroti Euridami. Hic à principio morbi Peripneumonia
12 laborabat, decima cepit delirare. Hinc oritur primo quæſtio utrum
delirium peripneumoniæ vi, aut veræ phrenitidis eveniſſe dicendum
13 ſit. Valles, ibid. delirium ex phrenitide accidiſſe putat, quamvis
Peripneumonia ſimul adeſſet. quod nos quoque haud improbamus;
quamvis ex vehementia inflammationis pulmonis ut ſupra diximus,
14 delirium accidat conſentiente Capite. Curatus autem rediit ad men-
tem diſcuſſa 5.3 craſſa materia Capiti affixa, quæ novam, ac vagam
phreneſim conſtituit: & ſic poſtea materia ipſa, quæ pulmonibus
ipſis inhærebat adhuc vagari, ac commoveri ceperat: & ſic princi-
palis morbus 5.3. pulmonia alleviari videretur. & quia tantum
15 ſubtilis humoris portio extuſſiebatur craſſiori ad caput demiſſa ſom-
num induxit: & ſic deinde quamvis ratione pulmoniæ melius ſe
16 haberet; ratione verò meningum, ac capitis maximè gravatus pe-
17 riit: & ſic ſputa puriora fiebant id eſt minus tincta; & fluidiora,
& forſan incruenta: & quæ magis prava eſſe deberent, aliò tende-
18 bant; uti ad caput: quæ puriora ſputa fallacia ſigna fuerunt allevia-
tionis pulmonum, ac proditoria; quæ effectus potius, quam eius
19 cauſa fuerunt. Ex pulmonibus emota materia morboſa craſſa, ac va-
riegata, quæ ſputum impurius conſtituebat, ac peripneumoniam
intendebat; hæc ſubſidebat, & ſputum purius eſt ſubſecutum: &
ſic materia morbifica, ac impurior per ſputum tota expui debebat,
vt ipſa peripneumoniam ſoluere diceretur; quæ aliter metaſtaſim
20 efficiens in nobiliorem partem ſ3. caput irruens, eiuſque meninges;
21 iiſque quam maximè inflammatis, & veluti obrutis ſpeciem quam-
dam apoplexiæ conſtituit; indeque *ſomno multo perfuſus eſt eger*:
22 ſtagnante enim vltra gradum ſanguine meningum vaſa nimis dilatan-
tur, cerebrique pori, ſpirituumque animalium canaliculi ferè com-
primuntur adeo vt iis liber non pateat influxus; imo ſerum ex cruoris
coagulo multum facilè diffluit, quod obſtructionem quoque coadiu-
23 uat. Oculi icterici fiebant ex iis, ex quibus ſputi prioris colorem
ſimilem, ac ictericum deduximus: materia hæc icterica vti ſupra
notauimus, acidum præpollens, ac nimis figens indicans, & vt ſic
dicam maligna, ac venenoſa in caput totum promanauit, idemque
inundauit, & ſic in oculos quoque diffundebatur. Qui color icteri-
cus Pleuriticis ſemper mihi ſummopere fuit ſuſpectus; plerumque
morbum lethalem, vel ſaltem grauiſſimum comitatur. Et hinc no-
tandum

tandum quod vti diximus ex coac. prænot. n. 3. *Quibus Pleuriticis stre-*
* *pitus sputi multus in pectore est, & facies tristis, & oculus morbi Re-*
* *gii colore infectus, & caliginosus hi pereunt.* *Ita quandoque*, vti in hoc ægroto, quamuis non reperiatur strepitus sputi multus in pectore tamen verò perniciosus est, quia loco strepitus multus in pectore 24
habetur somnus multus: vterque enim materiæ rebellis multitudinem arguit: vterque eius effectus est variata tantummodo parte, & sic 25
ambo perimunt: & vt sic dicam ambo ægrotantes eodem genere morbi pereunt s. 3. alter apoplexia in pectore, & in capite alteruti Euridamo evenit.

PLEVRITICVS IV.

Ex V. Epidem. ægrot. XIV.

IN Larissa Hippostenes peripneumonia apprehensus esse Medicis videbatur; erat autem nequaquam. Principio quidem luctans in duro lo- 1
* *co cecidit supinus adversario ipsi illapso: & lauatus est frigida, & coe-*
* *navit, & gravari videbatur. Sequenti autem die febricitavit, & tus-*
* *sis tenebat eum siccior, & spiritus densus. Quinta die cruentum excrea-*
* *vit non multum, & cepit delirare: cum tussiebat tum dolebat pectoris*
* *partes, & dorsum, sexta autem die sanguis effluxit ex naribus cum*
* *sternutasset circiter cotylas quatuor. Ad vesperam neque loquebatur, ne-*
* *que sentiebat, quæ quispiam fecerat aut diceret. Vndecima autem*
* *Mortuus est. Quinque autem dies nunc sapiebat, nunc non, & fiebat*
* *sine febre. Sputum autem nullum excreavit, neque stertorem habebat.*
* *Neque enim erat sputum.*

Vti de Anaxione notauimus, sic etiam initio morbi huius ægroti 2
Hip. haud interfuit: & forsan accersitus fuerit die quinto, cum delirare inceperit; quoniam ex eo die plura veluti notabiliora ab Hip. observata referuntur. Arguitur etiam quia *quibusdam Medicis pulmonis inflammationem contraxisse videbatur*: de qua nec die prima dubi- 3
tare poterant, quia nullum signum Peripneumoniam simulans adhuc aderat: secundo verò die de ea suspicionem adiverunt; quia febris cum tussi, ac spiritu denso aderat: quæ symptomata tertia, & quarta intendebantur; & quinta die cruentum excrevit non multum idcirco Medici assistentes de Peripneumonia indubie forsan fatebantur. Morbus hic quamvis prima facie Peripneumonia videatur; quemadmodum, & illis est visa; revera tamen omnibus attentè perspectis (vti quælibet ex initio rectè perpendit Hippocrates) distinctiva, ac propria 4
inflammationis pulmonis signa, ac requisita haud habuerit, vt infra dicemus. At fuit Pleuritis ex dorso tertiæ speciei vti superius propo- 5
suimus

fuimus in Pleuritidis differentiis: inflammati 5.3 à principio fuerunt muſculi dorſi ac reſpirationi dicati: uti ipſemet Hippocrates notavit lib.4. de Morb. *At ſi alicui* (inquit) *in his pleuritidibus contingat dorſum rubefieri, & humeros caleſcere, & inter deſidendum gravari, & venter exturbetur, hic propter ventris egeſtio-* *
6 *nem vigeſima prima die moritur.* Diximus à principio muſculos * dorſi, & pectoris; quia uti notabimus; caput, & meninges unà fuerunt affecti. Quem Hippocratis textum examinemus; quoniam ſuperficie aliter ſignificare videtur; at non ſic. Et primo Quam-
7 vis Hipocrates in hujus ægroti hiſtoria dorſum rubefieri apertè non fateatur; hoc verò facilè credendum: ſeù indubiè dorſi ruborem adfuiſſe, humerorumque incaleſcentiam: luctator enim iſte in *durum locum cecidit*, & *ſupinus*; & *adverſario ipſi illapſo*; fie-
8 ri igitur non poterat ex ſoli duritie, alteroque robuſtiori homine premente, & inſiliente impetuque in ipſum illapſo, quin gravis concuſſio fieret, quin etiam humeri, dorſum, & thorax ipſe caleſcerent; eo magis quia ſanguis ex paleſtræ motu nimis turgeſcebat, & inflammabatur; at ex pudoris quoque vi propter victoriam ab adverſario partam perturbabatur: quo igitur cruore circa colliſas partes, ac compreſſas ferè varicoſas evadentes ſeſe recolligente, gravari ſeipſum percepit ægrotus. Ad quod haud
9 parum confecere lavatio in frigida, & cœna, aut ſomnus ex prima cutis poris conſtrictis, & magis criſpatis villis cruoris circuitus præpediebatur: & ex cœna cruor adauctus, aut ex ſomno torpidior evadens ultra conſuetum lenteſcebat: quæ ſanguinis ſtagnatio, ac interceptio paulatim augeſcens ſecundo die febrem
10 produxit: & tuſſis ſiccior, ac inanis, & ſpiritus denſus fuerunt: quia anguſtato thorace reſpirationis negotium liberè haud fiebat,
11 ac præcipuè ejus dilatatio in inſpiratione: indeque magnitudinem
12 reſpirationis ejus frequentia ſupplebat: & quia muſculorum, & non pleuræ inflammatio aderat, dolor idcirco acutus haud urgebat, at obtuſior, & potius gravativus ſenſus. Die quinto ſanguine magis ſtagnante, ejuſque circuitu ad inferiora ulterius intercepto, cruor ipſe ad ſuperiora magis quoque regurgitare cogebatur, adeo ut veluti redundans extra proſiliebat; quia verò ve-
13 luti effœminatus, ſtagnans, ac lentus erat, qui in arteriolarum apice reperiebatur, cruentum excreavit non multum. Ex eadem tumoris mole adaucta, & fibris muſculorum, ac adjacentium
14 partium magis tenſis tunc pectoris partes, & dorſum, cum tuſſiret, dolebant: Ex dilatatione enim thoracis maximè in inſpiratione fibræ diſtendebantur, & tumentes partes diducebantur, ac comprimebantur. Ex qua inflammatione membranæ ſpinalem me-
15 dullam inveſtientes, nervique intercoſtales per connexionem ducti lædebantur, eorumq; hoſpites ſpiritus nimis conturbabantur, cruore ipſo
16 ſuperiora verſus multo pervadente, & in caput irruente, à quo meninnin-

ningibus admodum pressis, ac commotis, spirituumque ductuum
foraminulis compressis, ac angustatis, per quæ fluida excurrere per-
turbantur, & spiritus resilire, alìoque impelli coguntur; delirium 17
fit. Quibus igitur cruoris in capite plenitudine, & lentescentia sex-
ta die adauctis vasa sanguifera prementur amplius; meatuum spiri-
tuum magis præclusis, eorumque, & succi nervei rapidiori resilitio-
ne, & explosionibus (*cum sternutasset*) vasa ad oscillandum torren-
tis instar cogebantur, & *sanguis effluxit ex naribus circiter cotylas qua-* 18
tuor. Notandum sanguinem ex nare effusum fuisse ferè laticem san- 19
guineum, & cruoris partem serosam: quoniam ex stagnatione, ac
diuturna remora cruoris pars crassior à subtiliori segregabatur; inde-
que illa utpote tenuior ex impetu expressa diffluebat: idcircò in vasis
restitantibus cruoris crassamentis, ac grumis, ipsaque uti magis re- 20
pugnantia, ac progredientia minus, nec à sero diluta illa amplius
dilatabant, ac opplebant: indeque nervorum capita, & viæ magis, 21
magisque præclusæ, ac compressæ fuerunt: viribusque ex unius par- 22
tis sanguinis diffusione, & ex alterius parca regeneratione uti minus
spirituosi labefactatis ad vesperam non solum lypothomia suborta
* fuit, sed species quædam Apoplexiæ: *Neque enim loquebatur, ne-* 23
que sentiebat, quæ quispiam faceret, aut diceret. Quæ siquidem paulò
vehementior fuisset, eadem die, aut saltem septimo periisset: at
quia Natura quoque adhuc resistebat, quam morbus demoliri sem- 24
per satagebat, undecima mortuus est, & per quinque dies naturæ
cum morbo summo agone peracto vicissitudines salutis, & mortis
frequentes adfuerunt. *Nunc ægrotus sapiebat, nunc non*. Quod intel- 25
ligendum posteaquam ægrotus ab insultu ferè Apoplectico ad vespe-
ras diei sexti habito sese recollexit, quia per vim nervorum ductibus, 26
aut principiis compressis, & obstructis jam reseratis sapiebat; id est
loquebatur, & sentiebat, quæ quisquam fecerat, aut diceret. Cum
verò iterum eorumdem compressio, & oppletio ingrueret, desiplebat 27
ægrotus 5.3 uti stupidus, attonitus, ac syderatus aderat: & si delirabat,
aut loquebatur, murmurabat confusè ex spirituum resilitione: quod
maximè notandum est; fiebat sine febri ex connexione verborum
quod cum desiperet sine febri fieret. Ex eademmet causa, qua ferè sy- 28
deratus, & apoplecticus evaserat ægrotus, nervi quoque cardiaci 29
semiobstruebantur, spirituumque influxus denegabatur; unde cor
ipsum utpote insufficiens morbi pressuram haud perciperet, ad con-
tra insurgendum insufficiens fiebat. *Sputum autem nullum excreavit*; 30
id est nullum concoctum, aut viscidam materiam: hæc enim in va-
sis subsidebat, & ineluctabilis erat. Et ut notetur Peripneumoniam 31
haud fuisse; *Neque stertorem habuit*, subjungit: quæ si adesset, &
materia non excrearetur; hæc in pulmonibus ipsis paludesceret: in-
deque stertor fuisset. Addit postremò, *Neque erat sputum*: quæ ver- 32
ba veluti inania forsan reputantur, cum ante paulo idem dixerit,
Sputum autem nullum excrevit; At nos dicimus consilio summo, & 33
V adno-

adnotatione noſtra digno haſce dictiones in calce ſubdit, ne in uno, eodemmet caſu ſibimet contradicere videretur, cum ſuperius dixerit, *Quinta die cruentum excreavit non multum*; ſubiungit denique *ſpu-* *
34 *tum autem nullum excreavit*. Cruentum enim, quod in quinta excrevit, neque ſputum concoctum erat, ut diximus, neque à pulmonibus promanans; neque erat magis proprium ſputum cruentum 5.3. mixtum cum materia mucaginoſa, ac glanduloſa cum ſanguine; ſed cruoris pars ſincerior, quæ rigore ſputum non eſt dicenda non niſi largo modo. Ex quibus omnibus morbus hic pulmonis inflam-
35 matio haud fuiſſe videtur; uti ex aliis colligere erit nempe à cauſa 5.3. caſu, ac parte concuſſa, ex doloris ſitu 5.3. in dorſo, & thorace; adeò ut inflammatio circa pectoris peripheriam fuerit, & non in ejus centro; etſi deinde ad caput quoque reſiliret: nec ſigna doloris aderant uti de Peripneumonia diximus.

Remanet denique ſolvenda maxima, ac difficilis objectio, quæ nobis opponeretur in ſupra citato textu lib. 4. de morb. ubi habetur.
36 *His pleuriticis ex dorſo venter ſi exturbetur, hi propter ventris egeſtio-* *
37 *nem vigeſima prima die moriuntur*. Nos verò fatemur licet hoc ple- *
rumque his Pleuriticis accidat; tamen verò non ſemper, & ad hoc tempus protraheretur morbus, niſi vehementior alter complicaretur; 5.3. in parte nobiliori quoque inſideret: dicimus inſuper quod ſimili, eodemque ferè modo obiit, licet quam citius Hippoſtenes: quoniam ventris egeſtio à ſecretione laticis, & ſeri à craſſiori ſanguine, ac lento promanat: ſerum igitur per emunctoria propria ſub varia forma percolatur ſanguinis ſtriis haud tinctum utpote magis ſecretum, quam latex ſanguineus, & ruber, cui materia altera craſſior, & nuda coniungitur, diarrhæam conſtituit. In hoc ægroto
38 quia vehementior fuerit morbus ſanguineus latex per inteſtinorum glandulas excretus non fuerit; his enim magis convulſis, ac occluſis; tamen verò vi morbi per canales, & alveos proprioris ſanguinis 5.3. arteriolas immediatius paulo purpureus fuerit emiſſus.

PLEURITICUS V.

Ex lib: V. Epidem. ægrot. XIII.

AMphiphradis filio æſtate lateris ſiniſtri dolor, & tuſſis: & alvi egeſtiones multæ, aquoſæ, & ſubbilioſæ: & febris ſoluta eſſe videbatur circa ſeptimam. Tuſſis aderat: color ſubalbidus, & ſubpallidus circa duodecimam
1 *autem ſubviride ſcreabat. ſpiritus procedente morbo ſemper denſior, & anhelatio, & aſperitas ſtridula circa pectus, & arteriam: ſorbitionibus utebatur: prudens per omne tempus: circa vigeſimam octavam mortuus eſt. ſudures quandoque fiebant foras.*

Hujus

Hujus ægroti hiſtoria nimis implicata videtur : & morbus hic
quamvis largo modo Pleuritis dicenda ſit , 5.3. dolor lateralis; ta-
men verò pulmonis inflammatio fuit : & præter alia ſigna , quæ ſub- 2
dit Hippocrates peripneumoniæ , ex hoc præcipuè colligitur , quod
Si in pleura inflammatorius tumor , & abſceſſus fuiſſent , tamdiù 3
æger non vixiſſet ; cum ea pars ſtrictioris compagis adeſſet , ac textu-
ræ ; tantam molem tanto tempore tolerare nequiviſſet quin æger
moreretur . Æſtate id evenit , in qua humores magis efferati red- 4
duntur , ac nobili oleoſitate ſpoliantur : indeque ſalinæ partes acu-
tiores , & magis ſcabroſæ redditæ , uti aciculæ ſolidis magis impin-
guntur , eaque convellunt , ac irritant ; fluida quoque potentiori
orgaſmo percita ex interiori via vaſa diſtendunt , & corrugant ; un-
de ſanguinis circuitus impeditur : & utraque cauſa , ac forſan alia
non recenſita in ægroto noſtro altera pulmonum pars , aut lobus præ- 5
cipuè ſuperiora verſus , & ea parte , qua ipſi pleuræ per fibras alligan-
tur , principio igitur tumorem , ac inflammationem varicoſam
acquiſivit : quæ pars inflammata veluti altera magis præponderans
pleuræ fibras quodammodo dilacerans , ac diducens ejuſdem lateris
dolorem excitabat ; eodemque modo , & conſenſu tuſſim efficiebat :
ad quæ præter partis pondus haud parum faciebat materiæ pleuriticæ
ad ſuppurationem tendentia : ex quibus totius corporis æconomiæ
perturbatio inſequebatur , & per connexionem quoque , & ſpecificè
inteſtinorum fibræ convellebantur ; unde tubulorum in eorum fiſtu-
lam hiantium ſucci exprimebantur ; uti ex pancreate , ac inteſtina-
libus glandulis egeſtiones multæ , & aquoſæ ; & à choledocho ſub- 6
bilioſæ : qua materia igitur exonerata natura , ſpiritibuſque non
paucis deperditis , minus preſſo ſolido , ac ad oſcillandum minus ada-
cto , imo laxato , circa ſeptimam febris viſa fuit evanviſſe ; quæ po- 7
tius maximè remiſerit , & non penitus ſoluta : ad cuius quoque re-
miſſionem magna ex parte confluxit ſedatio ſuppurationis in ſinu lo-
bi , quæ ſeptimo apparvit : *dolores enim , & febres magis accidunt dum
pus conficitur quam jam confecto*. Et quia quamvis ſymptomata quæ-
dam circa ſeptimum remiſerint , & præcipuè febris ; tamen verò tuſ-
ſis permanebat , quæ indicabat materiam pleuriticam , ac tumorem 8
adhuc adeſſe ; & thoracem ad tuſſiendum cogebat . Color ſubalbi-
dus , & ſubpallidus 5.3. ſputi , quod ex puita , & pure mixtum puta-
vit Valleſius ; & quod deterius factum *circa duodecimum cum virore* 9
ſubpallidum ſpuebat , genuini puris naturam ſimilabat : quoniam
ſi proprii puris conditionem habuerit à pulmonibus ſuppuratis , & in
vomicam , aut ulcus apertis promanabat , & non à pleura ; uti ſupra
recenſitus Auctor putaverat : quia ſi à pleura tranſudaret pus potius 10
ſubtile , ichoroſum , ac fluidum eiici deberet ; ſed huius ægroti ſpu-
tum ſubpallidum , ſubalbidum , & ſubuiride potius viſcidius eſt , &
compactius . Quod è glandulis oris , ac prope tracheam eiciebatur :
quæ materia pus ſimilans è toto decidua cruoris conſtitutionem , ac

ſtatum indicans educebatur. Hoc ſputum denique mixtum erat ex
11 genuini puris parte è pulmonibus per tracheam eiecta, & ex altera
ſputi trachealis, & catarrhalis dicti. Sed morbus hic hactenus com-
mentatus, ſaltem poſt ſeptimum diem in hoc ægroto juniori (uti
ſupponimus, cum dicatur filius Amphiphradis; uti mos eſt, ado-
leſcentium, eorumque, qui non dum viri evadant, nomina reti-
12 centur, ſed ſub parentum appellatione ſupponuntur) adeò ruinoſus
eſſe non deberet; ſed ex puris ſputo aut in vomicam pulmonum, aut
13 ulcus, aut in empyema commutatus fuerat: & ſic diutius vita pro-
tracta fuiſſet ſi non ad annum, ad menſes ſaltem; uti empyicis, ac
pulmonibus ulceratis ordinariò accidit. Idcirco nobis reliquum eſt
ut explicemus, quare mors vigeſimo octavo evenit. Dicimus igitur,
quod quamvis in hoc ægroto pulmonis vomica, aut ulcus extaret, &
puris portio quamvis modica excerneretur; vita magis ultra ferre-
tur: tamen verò quoniam ex egeſtionibus multis, & aquoſis pars
craſſior humorum, & cruoris glutinoſior in vaſis reliquæ fuerunt,
quæ pedetentim ulterius craſſeſcendo, acidoque (unde color viridis)
magis exaltato, & figente non ſolum partem pulmonum læſam, &
laxatam, verum cætera eorum latera, & vaſa paulatim inferciendo
14 nouum quemdam morbum s.3. à die octavo uſque ad vigeſimum
octauum ſuperfoetavit, & ſpeciem quamdam Peripneumoniæ effe-
cit, quæ ſpatio uiginti unius dierum (conſueto numero) ægrotum
interfecit: ex eo quia pulmonum viſcus flaccidius eſt, & magis, ac
diutius morbificam materiam recipere, ac retinere valeat abſque
15 ægroti magis acuto excidio. Et ſic ægrotus hic licet ratione prioris
morbi in ſeptimo facti ad menſes vixiſſet; tamen verò ex virium
jactura in prioris affectus pugna, & ex pertinacia, ac reliqui cruo-
ris ſtagnatione poſt egeſtiones multas, & aquoſas non poterit non
obrui, ac jugulari termino duorum, & viginti dierum huic novo
16 morbo congruo. Cujus novi morbi urgentia facilè colligitur quoque
ex jis, quæ ſubtus Hippocrates retulit. *Spiritus progreſſu morbi ſem-
per denſior, & anhelatio, & rancida* (juxta alios ſtridula) *aſperitas
circa pectus, & arteriam.* Ex his enim notatur ſpiritum à principio
fuiſſe denſum, progrediente morbo denſiorem s.3. poſt ſeptimum,
& præcipuè, quod notabile, poſt duodecim dies; indeque anhæla-
tio, ac illa aſperitas s.3. quædam tractio, & diſtentio non ſolum
circa thoracem, ejuſque anteriorem partem; uerum ſpecificè circa
17 claviculas, & tracheam: quia ex præponderante viſcere viſcido hu-
more gravato aſpera arteria, ejuſque tunicæ & precipuè interna ori
communis, ejuſque fibræ diducebantur; indeque prope fauces aſpe-
18 ritas, & ferè corrugatio percipitur, quæ quandoque adeò intenſa
eſt, ut fauces ipſæ ſtridere ſimilent: ex ejuſdem materiæ infercimine
anhelitus difficilis fuit uſque ad mortem. Sorbitionibus utebatur uti
19 facilioribus, ac minus ceſpitantibus. *Prudens per omne tempus* quia
morbus in capite tranſpoſitus non fuerit, ſed in pectore viſcere
laxio-

laxiori permansit, in quo læsionis sensus non erat præceps, sed tor-
pidior. *Vigesima octava periit* 5.3. vigesimo primo novi morbi; adeò 20
ut si egestiones haud multæ fuissent, & latex necessarius pro crassa-
menti solutione in venis remansisset ad cruorem fluitandum, & Hip-
pacen ægrotus diutius superstes, quamvis in pulmonis parte suppu-
ratus, qui temporis tractu empyicus evadens ad menses, si non ad
annos supervixisset. *Sudores denique quoque fiebant foras*; uti suppura- 21
tis accidit præcipuè nocte: eveniebant ii ex virium resolutione, fi-
brarumque laxitate, ac seri diffusione. Et notandum quod suppura-
tio evenerit infra breve tempus initio morbi ex vèhementia ejusdem: 22
ex impetu enim morbi sanguis fuit evasatus morbi initio; posteriori
tempore, & altero morbo materia pleuritica magis lentescebat, fi-
brisque magis laxis; unde varicosam inflammationem facilius susti-
nebat; donec tandem penitus obruto viscere, viribusque omnino
difflatis mors adventavit.

PLEURITICUS VI.

Ex VII. Epidem. ægrot. X I I.

CAupo peripneumonicus; alvus statim subibat. Circa quartam sudor 1
multus: febricula cessasse videbatur: tussicula nulla ut ita dicam.
Quinta, sexta, & septima detinebat febris; sudor octava. Nona excrea-
vit pallidum. Decima subibat alvus acervatim non sæpè. circa undeci-
mam mitius habebat. Decima quarta sanus.

Ægrotus hic Peripneumonicus factus ex inflammatione varicosa 2
per secessum quædam excrevit: ob partium intestinalium consensum
ex irritatione, ac perturbatione alvus statim subibat: quæ egestio
quamvis symptomatica dici posset eo, quia forsan materia conco-
cta, & morbi radix haud excerneretur; tamen verò conduxit; exo- 3
nerata enim Natura sarcina humorum, qua premebatur, facilius
quod reliquum erat, concoquebatur: & pulmonum cespitante cruore
dissoluto, ac ultra traiecto, & varice maximè soluta fibræ pressæ, 4
ac tensæ relaxatæ fuerunt; indeque circa quartam sudor multus obor-
tus est: liberis idcircò pulmonibus, ac cruore in cæteris vasis ad resi- 5
liendum minus coacto tussicula nulla ut ita diceret; & febris cessa-
vit. At quia materia pleuritica in aliis vasis, & totius multa quoque
aderat, nec quarto die penitus exclusa præcipuè ea crassa, & visci-
da, quæ ex sero plurimo diffuso compactior qvamvis per ampliora
vasa melius excurreret; quæ materia igitur incessanti fermentatione
instar limosi fluminis in pulmones utpote partem læsam facilius de-
ponebatur: jis enim haud penitus liberis, uti ex tussicula colligeba-
tur,

6 tur, novus materiæ pleuriticæ cumulus suboriebatur: Iterum igitur ingruente morbo ex qualitate, & crassitie humoris potius, quam ejus quantitate, ac multitudine, qua prius premebatur, ac convellebatur pulmo, & cor faticabatur: quinta idcirco, sexta, & septi-
7 ma detinebat febris; quæ (uti notandum) vehementior fuerat, quam diebus prioribus; & quæ forsan octavo remittebatur: Natura iterum, quod compactum erat in pulmonibus, attenuante, ac traiiciente; indeque cruoris stagnantis obice fere defixo, fibris laxatis
8 serum iterum octavo diffluxit, sudorque fuit; qui criticus est quoque dicendus quamvis die octavo; quoniam hic dies in ægroto hoc fere quartus considerandus venit à novi morbi incremento 5.3. die quinto. Et quia post octauum fibræ magis laxæ erant, quam in priori quarto; & cruoris massa magis diducta, minusque compacta per emunctoria congrua, glandulas 5.3. propriores uti oris sub for-
9 ma sputi pallidi eici incipiebat; *& nona excreavit pallidum*. At quia sputum hoc haud sufficiens erat, quia data porta natura sese exone-
10 rabat: inde *decima subibat alvus acervatim, non sæpè*. Quæ egestio
11 mixta videretur ex materia crassa, & latice tenvi; Cuius prior pars partim per os excernebatur: quæ sicuti è toto cruore deponebatur, & recoligebatur ad altum signum, & mensuram intestinorum vasa irritabat, ac vellicabat, acervatim, & non sæpè eiciebatur: qua majori ex parte evacuata circa undecimum mitius habebat: eadem-
12 que tandem penitus attenuata, & educta cruoris massa juxta signum habita decima quarta die ægrotus sanus fuit. Et ex his notandum
13 quod dies critici in hoc ægroto, uti sæpius in Pleuriticis, qui evadunt, non rectè serventur; eo quod cum natura, 5.3. ægroti vis, sese exonerare inceperit; aut arte id evenerit, quod reliquum est, uti commodum erit juxta morbi vehementiam, materiæ peccantis indolem, ægrique statum, ætatem, ac robur materiam ipsam morbificam, & pleuriticam per emunctoria quædam modo excernit, modo quo per alia expromit.

Ex his notetur, quod ex alvi egestione ægrotus iste undecima die mitius se habuerit, & decima quarta sanus evaserit: quod videtur esse contra tex. XVI. lib. 6. aphor. *Pleuritide, & Peripneumonia* *
14 *correpto alvi profluvium adveniens malum*. Ad Cuius text. interpetrationem fatemur cum Clariss. Tozzi non quamcumque, aut levem evacuationem per alvum memorasse Hippocratem, sed multam, iteratam, & copiosam deiectionem 5.3. sub nomine alvi profluvio. Et sic in Caupone licet in principio fuerit symptomatica egestio; tamen verò non adeò multa fuerit: & quamvis in fine ipsa
15 contingerit acervatim, tamen iterata non fuerit, ac frequens. Et ut alvi profluvium sit malum duæ sunt causæ præcipuæ: prima ex
16 vitio, & vehementi inflammatione ut notavit Heurnius; vehementer enim inflammatis pectoris partibus, membranis irritatis, ac convulsis per consensum quoque intestina moventur, & convelluntur:

tur: indeque humorum fit incunctanter coacta expressio: & uti observavimus præcipuè morbo augescente fluxum lientericum fieri: & sic morbus non solum malus, sed lethalis contingit. Secunda vel fit 17
vitio fluidi cum pars cruoris crassa invicem restringatur, & semper constipetur, & serum diffluere contingat adeò ut coagulum internum maximum oboriatur, ac inflammatio summa fiat; uti sequenti ægroto Hermoptolemo evenit, Inquibus casibus notandum quod sedes sint multæ, nimis aquosæ veluti percolatæ, & ex irritatione 18
summa productæ: At è contra deiectiones crassiores non plurimæ, 19
& in fine morbi, aut die critico evenientes ægri robore permanente utpote criticæ, & salutares adveniunt: quoniam ut supra diximus ex eodemmet Hippocrate materiæ pleuriticæ eiectionem qua data porta naturam moliri posse, ac sæpius moliri cum ægri sanitate, & vita non aliter, ac sputo, sudoribus, & urinis, alvi deiectionibus quoque morbum profligat.

PLEURITICUS VII.

Ex VII. Epidem. X V.

HErmoptolemo post Plejadis occasum febris accessit. Tussis non valde: lingua peripneumonica, nona exudavit: totus frigefactus est, velut videbatur; obtulerunt illi succum: circa meridiem calescebat: undecima sudor, & alvus; siccatæ sunt biliosæ egestiones: tussicula accessit: decima quarta pallidum excreavit, & stertebat. Decima quinta quum per totum tempus prudens mansisset; mortuus est. 1

Ægrotus iste uti in Epid. notavit Valles. eodem morbo 5.3. peripneumonia periit, eodemque fere tempore, quo Caupo liberatus fuit. Ad quorum eventus discrimen non parum forsan ægrotantium diversa ætas, robur, anni constitutio varia fecerunt. Hic igitur ægrotus infirmatus est post Pleiadis occasum prope finem novembris adventante hyeme. Cuius ægroti massa cruoris, cæterique humores ex proximo autumno inæquales facti, & ex præcedenti æstate effœti, ac fere paludescentes: Autumnus enim, ut ait Clar. Ioan. 3
Iones, est senescentis anni impura palus: Idcirco partium solidarum tonus quoque laxatus, & mollis est. postea adventante hyeme cutis pori occludebantur, & ex frigore male prius dispositus cruor facilè comprimebatur, ac magis lentescebat; unde orta fuit inflammatio. Vnde ex lentescente cruore in pulmonibus *tussis non valde, lingua peripneumonica;* Quæ quodammodo sicca, rubra, viscidaque 4
apparet. *Nona exudavit:* qui sudor quamvis fuerit die, qua bonus esse solet juxta Hippocratem, tamen aliter evenit; quia totus æger fri-

5 frigefactus eſt veluti videbatur; & qui ſudor forſan glutinoſus erat, ac viſcidus ut accidere ſolet, materiæ pleuriticæ conditionem præferens; quæ difficulter è glandulis miliaribus cutaneis exprimebatur: In quo evacuationis genere ſpiritibus animalibus præcipuè nimis conflictis, nec non ex morbi tempore haud breviori valde attritis, ſanguineque effœto, ac depauperato frigus in extimis percipiebatur: ſpiritus etiam ſuperſtites ad interiora magis ad vitæ arcem 5.3. cor maximè oppreſſum, deſcendebant: qui ſudor frigidus uti ex aph.
6 *Cum acuta quidem febri mortem* Significabat. Quæ ſudoris conditio, frigoriſque ſtatus notabilis, & gravis arguitur; & ex eo inducta
7 fuit ſpecies quædam diuturnioris lypothomiæ, ex eo quod Medici prudenter obtulerunt ſuccum 5.3. ſpirituoſum roborantem, ut vires reſtaurare valeret, & machinæ ruituræ quam citiſsimè occurreret. Recollectis igitur viribus, ſublevataque pedetentim oppreſsione
8 *circa meridiem caleſcebat*: Ex quo colligitur ſudorem matutino tempore eveniſſe, quo declinare ſolerent, aut deberent nocturnæ exacerbationes uti utplurimum accidit pernicioſioribus morbis, materiaque craſſiori, & lentiori prædominante: & hæ febres circa veſperam, quæ diei autumnus juxta Hippoc. eſt, intendi, & excreſcere
9 ſolent. *Undecima ſudor*: diffluente ſero à cruoris craſſamentis, eademque ratione alvus erupit; unde cruoris maſſa in vaſis magis, & magis conglobata fibramque premente, ac corrugante; idcircò
10 *ſiccatæ ſunt bilioſæ egeſtiones, & tuſsicula ſupervenit*: quia in pectore materia pleuritica amplius augeſcebat, & premebat: cujus tenacitatem, ac indolem pravam prætulit ſputum pallidum, quod quarta decima excreabat: & quia parum expuebatur, & ulterius in pulmonibus paludeſcebat cruoris maſſa *ſtertebat*. *Quinta decima mente conſtante toto tempore*, nec in capite metaſtaſi facta mortuus eſt.

PLEURITICUS VIII.

Ex VII. Epidem. ægrot. XII.

1 *POſidonius adhuc æſtate inſtante juxta pectus, & præcordia; & latus multò tempore dolebat citra febres. Multis autem antea annis ſuppuratus factus fuerat: hyeme verò quum inhorruiſſet, dolor augeſcebat, & febricula tenuis, & excreatio purulenta: tuſsis cum ſtridula aſperitate circa fauces: & ſtertens quum prudens eſſet mortuus eſt.*

2 Poſidonius hic, uti colligitur, phthiſicus aderat, quia multis antea annis ſuppuratus factus fuerat. Cujus igitur pulmones tuber-
3 culis crudis ſcatebat; quorum quidpiam cum adolevit, ſuppuratum fuerat, & ad multum tempus ſuperſtes fuit uti in his morbis evenire

ſolet,

ſolet, quamvis quandoque conſolidationem unum tuberculum ma-
turatum, & ruptum acquirat, alterum ſuppuretur. De quibus vid.
Clariſ. Morth. Qui nempe ægrotus inſtante æſtate in nova tubercula
incidit, utpote qui cruoris maſſam fere ſtrumoſam haberet, viſcera,
& glandulas ad facilius tubera concipienda, & uti puto, tumor in-
ceperit in Regione naturali, præcipuè ea parte, qua reſpicit hypo- 4
chondria pectus, & latus; vel in ipſo hepate, aut liene, aut mu-
ſculis abdominis, & in ipſo meſenterio: ex quorum conſenſu cum
ſuperioribus partibus thoracicis antea quoque læſis, ac gravantibus,
dolor lateris, & pectoris aderat, uti in ægroto ſupradicto Merella
nos obſervavimus. Qui tumor ferè ſtrumoſus ex materia craſſiori, 5
& torpidiori compactus diu per dimidium fere anni permanſit: hye-
me autem adventante, cum ex ambiente frigido corpus inhorruiſſet,
pororumque cutis occluſio fieret, adeout inſenſibilis perſpiratio ad-
modum cohiberetur, tumultus internus obortus eſt, fibrarumque
criſpatio, ac tenſio accidit unde pars tumens magis repleta, com-
preſſa, ſimulque diducta ad ſuppurationem tendens febrem tenvem 6
peperit. tenuis erat uti utplurimum comitari ſolet meſenterii glan- 7
dularum ſuppurationem: Dolor ex majori partium diſtentione, ac
tumultu intendebatur, & excreatio purulenta, non quia ea penitus
de novo accidit, ſed augeſcebat ex eo, quod ex tumore curſum ſan-
guinis præpediente cruor ipſe ad ſuperiora magis, & magis reſiliret,
& per glandulas oris ſub forma fucati puris partim excernebatur, & 8
partim per pulmonum ulcus apertum pleniori riuulo ferè corrupto
emungebatur. At quia pulmones primo debiles, & læſi limoſo cruo-
re referti erant; inde tuſſis cum *aſperitate ſtridula aut rancida circa* 9
fauces & ſic ſtertens, *& mente conſtans mortuus eſt*. Ex quibus colligi- 10
tur quod hic ægrotus ex peripneumonia potius, quam abſceſſu perie-
rat, ex eo, quod naturalis regionis abſceſſus in corpore glanduloſo
diutius vitam protraxiſſet: at verò ex ſanguine in pulmonibus paula-
tim, ac penitus ſtagnante mors ingruit. At dubium foret quare in
pulmonis inflammatione febricula aderat, & non magna? fatemur 11
quod initio ſuppurationis tumoris febricula erat, at verò poſtea for-
taſſe intendebatur; Cujus intentionis, aut incrementi non meminit
Hippocrates uti ferè cunctis morituris accidit: At etiam dicimus
quod febris etiam poſtremis diebus adeo intenſa non erat, etſi inflam- 12
matio, ac tumor varicoſus in pulmonibus amplius cumularetur;
quia ægrotus longo tempore phthiſicus ex morbo pedetentim con-
ſumptus, dieta forſan parciſſima detentus, ſine qua alioquin tam-
diù non vixiſſet, novo denique morbo laceſſitus, ſanguine magis
effœto, ac magis vapido febris magna oboriri non poterat: quo-
* niam uti Helmontius ait; omnem motum, in quo conſiſtit quo-
* que febris, tam in ægris, quam in ſanis immediatè, & conſtitu-
* tivè proficiſci ab impetum faciente archæo: ſi vires igitur fractæ

X forent,

forent, & spiritus animales pauci, & debiles, cor quoque lentè contra morbum insurgit, & febricitat.

PLEURITICUS IX.

Ex VII. Epidem. ægr. XXVIII.

1 *ANtiphanis filio hyeme dolor lateris dextri, tussis, febris, edebat, ambulabat etiam febriens. videbatur ruptura laborare. Nona remisit febris, non reliquit tussis: multa crassa spumosa. Latus dolebat. Circa decimam quartam, & rursus vigesimam febres videbantur desinere, & rursus corripiebant. Erat autem & calor tenuis, & parum quid relinquebat. Tussis autem aliquando quidem relinquebat, quandoque abundabat cum multa suffocatione, tunc autem remittebat, & excreatio post dies hos multa cum tussi suffocante. Et purulenta ferventia super vase, & spumantia, & in faucibus plerumque rancida asperitas; subsibilabat. Anhelatio semper detinebat, & spiritus densior. Raro benè spirabat, post quadragesimam prope sexagesimam arbitror oculus sinister excæcatus est cum tumore sine dolore: non multo autem post etiam dexter. Et pupillæ valde albæ, & siccæ fiebant, & mortuus est post cæcitatem non multo post septimam cum stertore, & multo delirio.*

2 Antiphanis filius ex principio laboravit potius Peripneumonia 5.3 materia crassiori, & non genuina Pleuritide uti vult Vallesius. Nec ex capite, ut hic putavit, venisse humorem credendum, sed ex toto,
3 to, uti fusius alibi diximus. Pulmonum igitur parte, ac præcipuè dextera, & eadem, qua per villos pleuræ connectitur, succo lentescente, ac pleuritico gravata, dexteri lateris dolor obortus est villis pleuræ tumoris pondere diductis, ut videbatur ruptura laborare; & ipsemet Vallesius explicavit, veluti fractura aliqua ossis, aut car-
4 nis divulsione: hæc opinio multos vulgares fallit; plurimos enim putant luxatione; aut fractura laborare, qui ob alias causas dolent. Eadem ratione tussis & febris quoque aderant uti in pulmonum in-
5 flammationibus, quæ non magna fuisse videtur; uti in viscere laxo, & ex torpidioribus humoribus accidit; alioquin detineretur in lecto, & non ambulasset febriens. Cujus verò humoris, & materiæ pleuri-
6 ticæ in pulmonibus stagnantis pars suppurabatur: ex cujus suppuratione ipsa quoque febris pendebat: suppurato itaque tumore ipsa nona remisit, at verò haud penitus desiit, *quamvis multa crassa spumosa excreverit: quia non reliquit tussis, & latus dolebat.* Quæ indicabant tumorem adhuc permanere. Circa decimam quartam, &
7 rursus vigesimam *febres videbantur desinere, & rursus corripiebant.*

Quæ

Quæ utique febris viciſſitudo promanabat ex novis inflammationi- 8
bus, aut novis ſuppurationibus, quæ in aliis pulmonum partibus fie-
bant; uti phthiſicis quoque accidit juxta variorum tuberculorum
ſuppurationem, & novas phlogoſes, in quibus inconſtantes febres
alternatim obſervantur ferè erraticæ (ut ſic dicam) inflammatoriæ,
quæ tres dies, aut quatuor vigere ſolent; remittentes deinde poſt ſe
relinquentes, uti vulgò dici ſolet, calorem quemdam hecticum, ac 9
alterationem febrilem phthiſicam; uti in hoc ægroto notavit ipſe
Hippocrates: ait enim. *Erat autem, & calor tenuis, & parum tunc* 10
quid relinquebat, & tunc quoque tuſsis relinquebat; at tempore quo
exacerbationes erant, febreſque corripiebant *quandoque tuſsis abun-* 11
dabat cum multa ſuffocatione; & præcipuè ut puto nocturno tempore,
ac matutino, & uti vulgò dicitur etiam ex deſtillatione 5.3 humoris 12
acris, ſalivaque depravata fauces, & aſperæ arteriæ caput vellican-
tibus; aut potius ex materia viſcidiori, & mucoſiori, acidaque facta 13
prope oris iſthmum in ejus glandulis ceſpitante, quæ tuſſim ferinam
inducere ſolet: qua denique veluti ſpina vi penitus defixa, ac divulſa
tuſſis de facto remittere videbatur: at quia præter tracheale ſputum,
empyicum quoque concomitabatur, ac purulentum 5.3 ichoroſum
ſputa purulenta, & ferventia ſuper vaſe, & ſpumantia: quæ vulgares 14
noſtri comparare ſolent ſpumæ, ſeù muco ſalivoſo, quem cochleæ, 15
ſeù limaces præcipuè grandiores elicere ſolent: ſputa hæc ita fiunt ex
materia variegata, fuſcique coloris, ac fervefacta veluti è penetra-
libus pulmonum impulſa, agitata, & diducta: indeque *rancida aſpe-* 16
ritas, & ſubſibilabat: pulmonibus enim gravatis fauces trahebantur,
aeriſque tranſitus liber non erat. Anhælatio à principio ſemper deti-
nebat, quia ab initio pulmones ſemper fuerant læſi, ac oppreſſi: *&*
ſpiritus denſior, & raro bene ſpirabat; id eſt cum minori difficultate, 17
cum magis, & minus ipſi deoppilabantur, materiaque pulmonica
excreabatur. Ex quibus omnibus cruoris maſſa in dies magis effœta 18
evadens ſero acriori, Hippace Hippocratis glutinoſiori evadente ca-
put quoque lædi ceperit, humorque in eo lenteſcere, ac immorari;
adeò ut *poſt ſexageſimam* cruoris viſcido magis cæſpitante, laticeque
diffluente, in cerebro, & meningibus nata inflammatione, ex qua
oculi dexteri fibræ præſertim convellebantur; cruori per vaſcula de-
negato curſu, ejus ſero aliò inundante tumor in ipſo oculo obortus
fuit, qui excæcatus eſt. Qui verò tumor veluti ex materia flatulenta, 19
aut potius ſeroſa ſine dolore erat, & ſpecies erat Emphyſematis ex 20
intumeſcentia 5.3 palpebrarum, ut ſi præceſſerint ictus araneæ, vel
veſpæ, vel erucæ: Si enim erucam digito apprehendas, & deinde
palpebram attingas; hunc affectum illicò patieris, in quo quandoque
ſub ipſa pupilla in tunica adnata veluti ſublunaris hydatis attollitur:
& forſan dolor non aderat, quia mens aliò tendere incipiebat; aut 21
ſpirituum ductibus penitus compreſſis doloris ſenſus haud percipieba-
tur: quod peſſimum ſignum erat, uti fuit novæ, & ultimæ cruoris

stagnationis in cerebro, ejusque meningibus, & summæ fibræ con-
22 tractionis: qua inflammatione ulterius augescente *non multò autem post etiam dexter oculus excæcatus est: & pupillæ valde albæ, & siccæ*; quia magis convellebantur; succoque nutritionis ergo, & irrigationis ad pupillam jam jam non pervadente; idcircò non multò post septimam
23 5.3 diem à cæcitate tempus novi morbi acuti *cum stertore, & multo delirio periit.* Ex quibus colligitur, quod ægrotus hic partim ex læsione pulmonum, partim ex capitis morbo periit: ruinam verò vitæ induxit, mortemque properavit cerebri inflammatio, & apoplexia.

PLEURITICUS X.

Ex VII. Epidem. ægr. XLIV.

1 *Pisistrato humeri dolor, & gravitas diuturna deambulanti, & alioquin benè valenti. Hyeme verò incidit magnus lateris dolor, & calor, & tussis, & excreatio sanguinis spumosi; hocque sterterosum in faucibus; benè autem ferebat morbum, & erat apud se & calor remisit, simulque excreatio, & stertor, & circa quartam, aut quintam diem sanus evasit.*

2 Hæc celeberrima historia est, qua nostram quam maximè roboravimus Sententiam de sputo hæmoptoico in Pleuriticis, & in quibus sanguis plerumque resiliens, ac regurgitans per os qua data porta,
2 excernitur, non via cavitatis pectoris, & antiqua pulmonum, sed nostra recenti vasorum ductu emungitur. Pisistratus hic genuina, & acuta Pleuritide laboravit; uti colligitur ex magno lateris dolore,
3 calore 5.3. febre, tussi, & difficultate spirandi: & uti vulgò dici solet, Pleuritis erat sanguinea ex sanguinis redundantia oborta, quæ
4 notatur ex præcedenti humeri dolore, & gravitate diuturna uti in Rheumatismo accidit: & forsan ægrotus hic juvenis erat, & floridi
5 temperamenti; quod arguitur ex morbi impetu, cruorisque conditione: quibus sic prædispositis adventante hyeme fibrarum facta est corrugatio; sanguine magis lentescente varicosa inflammatio in-
6 gruit, quæ utique ruinosa fuisset, nisi per venam bronchialem Ruyschii, seù concavam Erasistrati spumosi sanguinis excreatio eve-
7 nisset. *stertebat in faucibus*: Cruor enim ob obicem ad superiora regurgitans plenitudinem majorem superius efficiebat, & ut sic dicam anginosas fauces, & angustas fere reddebat: sicuti quandoque
8 in jis Pleuriticis facies tota veluti illaqueata apparet. *Benè tolerabat morbum*; quia vires validæ, nec causa maligna fuerat, neque diu-
9 tius ægrotaverit homo. Mente constabat non facta inflammatione, ac metastasi in capite uti facilius erat. Aggere igitur rupto à cruoris flumine,

flumine, eoque effuſo fibra mollior evaſit, reliquaque ſanguinis
maſſa facilius excurrebat, *calor remiſit* ſimulque excreatio, & ſter- 10
tor, & circa quartam, aut quintam diem *ſanus evaſit*. Ex his colli- 11
gitur quod ſtatim morbi initio floridi ſanguinis excretio apparverit;
quæ fuit multa in principio, & deinde quamvis minor perſeveravit;
uti ex eo notatur, quod *excreatio remiſerit*, Hiſtoriam ferè ſimilem
elapſo anno obſervavi: prope martii calcem dictus Præſul Melphi- 12
ctenſis Ioannes de Effectibus dum in ruſticana domo maneret, febri
veluti continenti correptus fuit, cum pulſu frequentiori, pleniori,
ac tenſione; adeò ut ſecunda die morbi, quo vocatus fui, eorumdem
intuitu, ſicuti & doloris, & habitus corporis ejuſdem; cum proceris
ſtaturæ foret, ac temperamenti ſanguinei de ſanguinis miſsione,
phlebotomo quoque cogitarem; quam ſuſpendi præ notabili ſangui-
nis purioris ſcreatu, qui fere à primo morbi initio ceperit, & poſtea
invaluit: Cujus excretio per triduum magna, & maxima utique,
fuit: & tertia nocte ingruente Sudore multo mane febri immunis ap-
paruit, & quarta die penitus convaluit: nec artis laborem ullum,
exegit, niſi ſimplicis mixturæ violaceorum levem partem ſumpſit.

PLEURITICUS XI

Ex VII. Epidem ægr. LV.

Simonis Uxori in partu concuſſæ dolor circa pectus, & latus; tuſſis, fe- 1
bres, excreationes purulentæ, tabes conſtitit ſex menſes, febres, &
diarrhœa ſemper. ad finem febres ceſſavere; poſt ſedationem ſubſtitit al-
vus, & poſt ſeptem dies mortua eſt.

Hæc Simonis uxor in partu concuſſa in Pleuritidem incidit: nam 2
uti muliercularum, & obſtreticum mos indiſcretus eſt; ipſæ ad faci- 3
litandum partum ſolent parturientes miſellas circa latera comprime-
re, ac præcipuè in finibus regionis vitalis, & naturalis; eaſque ad
fortiter tuſsiendum, ac etiam ad vomendum cogunt; ex qua violen-
ta operatione cruoris interceptio, & ſtagnatio facilius naſcitur: uti
huic Simonis uxori evenit: in qua ſuppuratio fuit, aut in pleura,
aut ea parte, quæ proximius thoracis cavitatem reſpicit; undè à ge-
nuino pure roſa membrana ipſa empyica evaſit: ex quò pulmones 4
ipſi ſunt quoque infecti, & eorumdem ulcus inſanabile obortum;
unde phthiſis, & excreationes verè purulentæ: aut abſceſſu facto in 5
penetrabiliori ſinu, partibuſque pectoris muſculoſis; nec pus extra,
aut intra thoracis cavitatem exitum habens, ſed magis corroſivum
factum vaſa ipſa ſanguifera quoque rodens, & per ea unà cum ſan-
guine circuens, eumque inficiens ad pulmones uſque uti viſcus flac- 6
cidius,

cidius, magisque dispositum penetrat, & adhæret; ulcusque pulmonum etiam efficere poterat: unde excretiones purulentæ, & ex
7 cruore infecto phthisis, & tabes, & febres partim suppuratoriæ, partim inflammatoriæ, erraticæ, & intermittentes; uti phthisicis in dies evenit. Ex consensu pulmonum cum intestinis, & ex indebita, & incessanti fermentatione sanguinis, qua cruor ipse impar nutritioni fit, veluti abundans, & rejectaneus, suaque acrimonia intestinales
8 glandulas vellicans continuæ diarrhææ fuerunt. Ad finem febres
9 cessavere non penitus (ut rectè notavit Vallesius) aut prorsus fuit exigua, & insensibilis, & uti puto ex virium jactura, & attritione: eademque ratione diarrhæa quoque substitit; quia humor ipse fere deficeret; indeque languida mulier quasi in ultimo agone posita à cessatione diarrhææ circa septem dies mortua est.

PLEURITICUS XII.

Ex VII. Epidem. ægr. LX.

1 *CHaritem hyeme ex tussicula Epidemiali orta febris acuta apprehendit: stragula reyciebat, sopor cum labore, urinæ erant rubræ velut ervi lotura. Hypostasis statim à principio multa candida, postea verò etiam subrubra. Septima à glande pauca exierunt. Sopor detinuit sine labore: humiditas in fronte: somnus ad noctem, & calor mitior: octava succum accepit: comatosus permansit usque ad undecimam hac autem die etiam calor maximè cessavit. Postquam verò erat tussis, excreatio perseverabat semper multa, facilis primum lenta, alba crassa, postquam verò concocta erat similis purulentis. Vrinæ ab undecima puriores, subsidentia aspera, decima tertia dolor in dextra parte usque ad inanem partem ad epigastrium: urina supprimebatur, potus ex calliphylo contulit, quindecima dolor rursum. decima sexta ad noctem dolor hypochondrii; venit magis ad alvum. Mercurialis aqua subduxit. Calor intra vigesimum evanuit, & excreationes sequutæ sunt crassæ. facilius habuit quadragesima.*

2 Ægrotus hic febre acuta, ac inflammatoria laboravit, quæ essentialis erat, & coagulum internum, & inflammationem varicosam particularem modo huc, modo illuc ferebat, aut inchoabat: cujus
4 historia variis mutationibus, ac oppressionibus est insignita. Qui morbus gravissimus fuit non nisi quadragesimo die penitus evanuit.
4 Ex tussicula epidemiali 5.3 post tussim orta est febris acuta (quæ nos
5 quandoque docet nec simplicem catarrhum contemnere, cum quandoque post eum malignæ febres advenire soleant, aut eum simulant) hyeme enim ex frigore catarrhus Epidemialis dominabatur, aut potius

tius tussis parva, & sicca; qualis anno 1709. in hac Provincia, & Regno grassabatur, ex qua multi perierunt præcipuè Barij: quæ tussi- 6
cula signum erat quamvis proditorium inflammationis, ac pulmonum abscessus; proditorium signum quia ægrum, & forsan Medicos ipsos sub spe simplicis catarrhi detinebat usque adeò, postea morbo ad gradum irreparabili ducto immaturæ, & inopinatæ tragediæ conspiciebantur. Tempestate igitur illa brumali Charitis cruoris massa quodammodo genericè ad lentorem tendebat, à frigore compressa, & sigillata quoque, ac sero abundante, ac diffluente ab aeris nitro in partem aliquam præcipitato: In Charite verò multitudo humo- 7
rum crassorum, ac viscidorum præerat, aerisque impressio, & pororum constipatio maximæ fuerunt adeò ut febris acuta accenderetur: & sic ex tussicula incidit in febrem periculosissimam; uti evenire solet sæpe sæpius quandoque iis, qui catarrhis, & fluxionibus spretis frigoris sevitiei sese temerè insuper exponunt. Indeque ex tumultu interno, ac cruore semper amplius stagnante anxietatem quamdam, & oppresionem confusè percipiebat, *stragulaque* veluti 8
pondere opprimentia *rejiciebat*: aut talia patrabat ex cruore præcipuè in capite cespitante, ex quo mirabile rete, plexus choroidis, aliaque vascula sanguiflua opplebantur, aut comprimebantur: aut serum ipsum excipi nequiret, & substantiam cerebri inundare cogeretur: aut ex sanguine ipso lentescente, & distendente cerebri latera, nervorumque ductus, aut eorum principia semiangustando, ac comprimendo: ex quibus fiebat *sopor cum labore* 5.3 coma vigil incli- 9
nante ægro ad somnum; sed ex spirituum recessu, eorumque tumultu perturbato labor ille nascebatur. *Urinæ erant rubræ*, id est salinis 10
partibus figentibus, & acutis saturæ, quæ cruoris massam sugillabant. *Hypostasis statim à principio multa, & candida; postea verò etiam* 11
subrubra: Quæ initio cruoris conditionem semichylaceam, viscidam, & multam indicabat; cujus pars crassior quamvis cum sero diffusa, & rarefacta mingatur; tamen verò ab ambiente aere, ejusque irrequieto elatere, aut materiæ subtilis vibrante motu disjuncta, 12
& concussa urina pars una sejungitur ab alia, & crassamentum à latice secernitur: & quia in principio pars chylacea informis (ut sic dicam) rudis, ac minus attenuata erat, colorem album adhuc servabat hypostasis; quæ deinde *subrubra* apparebat, cum cruoris pars cru- 13
dior magis concocta, & fermentata foret, ejusque intimiora salia magis exaltarentur *septimo à glande pauca exierunt* 5.3 mucaginosaque morbum quoque alleviarunt. Ex septimo ægrotus hic melior haberi videbatur; uti ex subsequentibus colligitur: At quia evacuatio facta 14
glande pauca fuerat, & ad morbum tam gravem minorandum insufficiens; altera excretio igitur plenior, & eradicativa existebat: unde conferentia, & tolerantia, quæ ab *excretione multa, lenta, alba,* 15
& crassa manavit, quæ à quarto forsan inceperit, aut saltem septima notabilis fuerit; quam quamvis Hippocrates determinato die cepisse

haud

haud ſignificaſſet: ex ejuſdem verò verbis plures dies ante undeci-
16 mam extitiſſe colligitur, poſtquam (5.3. undecimam inquit) *erat tuſſis*, *excreatio perſeverabat ſemper multa*; & quod perſeverabat antea fuit: & excreatio fuit primum *lenta*, *alba*, *& craſſa poſtquam*
17 (5.3. undecimam) *concocta erat*, *& ſimilis purulentis*: Excreatio igitur alba, & craſſa ſaltem à ſeptimo cepit, & ante reſpondens à principio hypoſtaſi candidæ, quia materia crudior, quæ non niſi primis diebus acciderit: natura enim pluribus viis, eodemmet tempore, aut parum diſtanti ſeſe exonerabat; poſtea verò concoctiora evenerunt, & coloratiora ſputa; quemadmodum hypoſtaſi candidæ ſuc-
18 ceſſivè ſupervenit ſubrubra. A qua igitur incipiente excretione materiæ multæ, lentæ, albæ, & craſſæ per os, præcedentibus urinis tinctis, ac hypoſtaſi morbi radicis parte, & ex glande modica excretione melius ſe habere æger incepit; adeo ut cruoris maſſa exonerata poterat anacatharſis perſeverare multa; & fibra ipſa magis laxata
19 ſopor detinuit ſine labore; quia quamvis caput adhuc ferè ſemiobrutum erat; tamen verò totum alleviabatur nimis; unde forſan non erat agitatio, ac oppreſſio; & ſomnus ille potius à laxitate, & à viribus à morbo laceſſitis, non verò ab oppreſſione, ac nimia vaſorum cerebri compreſſione promanabat: & ſomnus ipſe poſt ſeptimum quamvis adhuc morboſus quia nimius, nihilominus magis reſtaurativus, & ſatis minus lædens, quam antea; uti convaleſcentibus accidit, & jis, qui tumultuario morbo laxi fiunt. Et notandum
20 quod quamvis Hippocrates inferius dixerit *Comatoſus permanſit uſque ad undecimam* haud rigoroſè, ſed largo modo ait; id eſt habebat ægrotus adhuc aliqualem inclinationem ad ſomnum; tamen verò nequaquam uti prius. Æger enim multa deinde operatus eſt, quæ ejus mentem liberiorem ſignificabant, & ad priſtinum redeuntem oſtendebant, *octavo ſuccum accepit*: & per gradum ſomnus diluebatur: primo fuit ſopor cum labore, poſt ſeptimum ſopor ſine illo, & octava fuit verè ſomnus ad noctem: qui ſomnus inpoſterum haud ab oppreſsione, ſed laxitate potius fibræ; eo quod ratione eadem la-
21 xatis quoque glandularum frontis poris, excretoriis vaſculis *humiditas in fronte fuit*, veluti levis ſudatiuncula: quæ quoque conferebat
22 utpote ſeri rejectanei à craſſamento cruoris per os excreto: *& calor mitior* 5.3 febris minor: exonerata igitur morbi radice hominem opprimente, ac cor irritante febris parva aderat, quæ utique major adeſſet, aut ſaltem æqualis ſi coma gravius fuiſſet, cæteraque ſymptomata in pejus irent. Et nota quod Hippocrates dixit; *ſo-*
23 *mnus ad noctem*; ad indicandum verum ſomnum, qui gravior fuerit in ſeptimo, quem ſoporem appellavit: poſt quæ ſubjunxit: *comato-*
24 *ſus permanſit uſque ad undecimam* 5.3 quodammodo inclinans ad ſomnum partim ex virium reſtauratione, fibræque laxitate, & partim quod comatis veri pars adhuc ſuperanda extaret, quæ diſcuſſa utique penitus fuit undecima, qua febris ipſa maximè ceſſavit. At

quia

quia morbus hic gravissimus fuit, & ex sui jactura ægrum opprimere deberet modo unam partem, modo alteram corripere tentans; nec undecima corpus materia lentescente penitus immune erat; sed reliquum quoque erat; post undecimam tussis, quæ non solum ex excreatione materiæ, cujus ante non meminerit, proveniebat; sed ut ego puto ex noua metastasi, quæ ab undecima fieri ceperat in par- 24
te dextera 5.3 thoracis; quoniam undecima urinæ puriores erant 5.3 subtiliores quo ad liquorem, quamvis subsidentiam haberent asperam 5.3 salinoterream, & veluti farinaceam: reliquæ materiæ igitur pleuriticæ pars ad latus dexterum, ac peritonæi musculos, aut 25
ad ramos venæ azygos, cum qua consentiunt emulgentes, forsan deposita tussim causavit, & ex eademmet partium convulsione, ac crispatione urinæ magis percolatæ: quæ materia pleuritica in dies magis premens, ac irritans, & sanguine cæspitante dolorem in parte excitavit usque ad inanem partem Epigastrii; idcircò per consensum peritonæi, aut emulgentium cum vesica urina supprimebatur. 26
Potus ex calliphylo, seù adjantho contulit: quæ herba utpotè pectoralis, ac diuretica conferebat. *quinta decima dolor rursus* ex nova materiæ depositione: *& decima septima dolor hypochondrii venit magis ad alvum*: Dolor hic fuit quasi criticus ex depositione reliqui crassa- 27
menti, ac muci, quæ ad alvum deturbabantur, & quæ jam jam prompta erant ad exitum: & quæ aqua mercurialis, quæ blandè movet, facilè subduxit: & sic depurata cruoris massa maximè ab hetherogeneis partibus, ac ineluctabili crassamento *febris intra vi-* 28
gesimum evanuit: tamen verò quidpiam remaneret, quod quamvis ad febrem usque non premeret, ac læderet, æger adhuc penitus sanus non aderat; imo convalescebat; ideòque excretiones sequutæ sunt crassæ, & omnino eradicativæ, & sic *quadragema facilius se ha-* 29
buit.

PLEURITICUS XIII.

Ex VII. Epidem. ægr. LXXXIV.

METoni post Plejadum occasum febris, lateris sinistri dolor usque ad 1
claviculam, atque is adeò gravis, ut quiesceret non posset, & ardor tenebat: dejectio multa biliosa in tribus diebus fere cessavit dolor, calor autem circa septimam, aut nonam. Tussis aderat. Excreationes neque biliosæ, neque multæ fiebant, pituitosæ verò tusses sequebantur. Cibos gustabat, aliquando exibat velut sanus. Apprehendebant autem quandoque illum calorem tenues exiguum tempus. Sudores exigui fiebant ad noctem, spiritus in febre densior, maxillarum rubor, circa latus

tus gravitas, & sub alis, & ad humerum. Tusses tenebant. Pharmacum per suprema eduxit biliosa: tertia post pharmacum exiit pus, ab initio verò infirmitatis quadragesima. Repurgabatur circa triginta quinque alios dies. Et sanus factus est.
2 Ægrotus hic hyemis initio putius Peripneumonia, aut Pleuro-
pneumonia, quam Pleuritide sola laboravit; & in pulmonibus hic
3 fuit affectus; quia dolor quamvis fuerit sinistri lateris; tamen verò
erat ad claviculam usque ex preponderatione pulmonis lobi inflam-
mati, & dolor gravis erat ut requiescere non posset; quia dolor ma-
gis intendebatur diductis fibris à præponderante pulmone è latere
4 quoque inflammato; *idcircò ardor tenebat* 5.3 species febris ardentis:
& ex partium connexione uti in Pulmoniis frequentius accidit, mul-
5 ta biliosa dejecta sunt; quæ quoque contulerunt quamvis ex irrita-
tione facta: exonerata enim cruoris sarcina, & spatiosiore cavitate
evadente in vasis, quod remanebat, facilius elongabatur, & fibra
6 relaxabatur; unde inflammatio defigebatur; *& sic dolor in tribus die-
bus fere cessavit*, 5.3 doloris saltem pars maxima, quæ à pleura læ-
sa, & à pulmone promanabat; tamen verò pars ejusdem doloris
quamvis minima à pulmone quoque adhuc pendebat, & fere 5.3 non
penitus cessavit: quoniam etsi pulmones inflammatione varicosa
7 liberi forent; tamen verò pars materiæ pleuriticæ in prima irruptio-
ne, ac impetu jam extravenata erat, quæ in suppurationem tende-
8 bat: ex quo pulmones quodammodo præponderantes; & irritati
quamvis longè minus ac antea doloris parvitatem servabant; &
quamvis febris major cessasset, quam sub ardoris nomine indigita-
9 vit Hippocrates, quæ ex inflammationibus varicosis pendebat; ta-
men verò febris minor, & suppuratoria perduravit, quam *calorem*
vocavit: *Calor autem ait circa septimam, aut nonam*. In quibus die-
bus suppurationem jam factam fuisse arguitur: & tussis aderat, quia
pus collectum adhuc vellicabat pulmonum fibras. Et quia radix ab-
scessus 5.3 pus excerni non poterat ex eo, quod vomica nondum ru-
10 pta fuisset, excretiones inutiles fiebant *neque biliosæ*, 5.3 verè puru-
lentæ; uti fieri deberent si vomica rupta fuisset; neque biliosæ, 5.3
11 crassæ, & concoctæ; neque multæ, uti si tumor adhuc intra vasa
contineretur; ut ex toto deciderent: ex quibus arguebatur tumo-
rem jam extra vasa insedisse, & corruptivum fuisse; etsi quidpiam
12 tussi eiciebatur. *Cibos gustabat*: quod bonum eventum indicabat uti
ex Hippocrate in Coac. notavimus. *Apprehendebant quandoque calo-
res tenues exiguum tempus* 5.3 quædam excandescentiæ juxta spiri-
tuum tumultum, ac puris inversionem, & vellicationem; unde fi-
13 bræ ad exitum ejus quasi proritabantur: idcircò quoque sudores exi-
gui fiebant ad noctem, quia cruoris massa semper calescebat ex fer-
mento quodam à pulmone infecto immisso; unde quodammodo
fundebatur, præcipuè nocte post somnum; cum fibræ magis rela-
xantur, sudores diffluunt. At quia puris collectio in pulmonibus in
dies

dies augeſcebat, *ſpiritus in febre denſior, maxillarum rubor, circa latus gravitas, & ſub alis, & ad humerum*: quæ omnia ex abſceſſu adaucto, præponderantibus, ac vellicantibus pulmonibus, & vomicæ ruptione inſtante proveniebant. Idcircò quoque eadem ratione in principio Pulmonia fuit, & dolor ille à pleuræ fibris à pulmonibus diductis. Quod colligitur ut diximus in Coac. Hippoc. 14
* *Ex pulmonis ſuppuratione, & circa ventrem aliquando, ac clavicu-*
* *lam dolores, & anxiè ſtertere ſputi copiam in pulmone ſignificabat,*
* *& tuſſes tenebant. Unde omnia exacerbata ſunt.* Idcircò Hippocrates, aut alii Medici Emeticum propinaverunt ad vomicam rumpendam: quam ſententiam ſequuti ſunt Antiquiores, & multi Recentiores, uti Etmuller., Morth. Et quamvis per accidens biliosa fuerint educta, quæ ex inverſione ventriculi, ejuſque adjacentium partium ex choledocho, & pancreate veniunt; poſtea verò partim ab emetico vomica concuſſa, partim ab eodemmet pure ulcus, ac vomicam aperiente pus ipſum exiit altero die 5.3 tertio poſt vomitorium, & quadrageſimo à principio morbi, quod eſt tempus opportunum pulmonum abſceſſus. Et quia repurgabantur circa triginta quinque alios dies *ſanus factus eſt*: juxta Hippoc. Aph. XV. ſect. V. *Quicumque ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur à die, à qua fit ruptio liberantur; ſi verò non ad tabem tranſeunt.* 15 16 17 18

PLEURITICUS XIV.

Ex VII. Epidem. ægr. LXXXVIII.

UXori Cleomenis circa Zefiri flatus, ex nauſea, & laxitudine lateris ſiniſtri dolor, incipiens à cervice, & humero; febris, & horror, & ſudor: incepit autem febris, neque deſiit, ſed intendebatur, & dolor gravis, tuſſis excreatio ſubcruenta, pallida, multa, lingua alba, dejectiones mediocres humidæ, urinæ bilioſæ. Quarta ad noctem muliebria venerunt multa; ſoluta eſt tuſſis, & excreatio, & dolor. Calor autem tenuis.

1 Caſus hic noſtrum ſyſtema de inflammationibus varicoſus, deque cruoris regurgitatione, ac ſputo per arteriolas apertas, & de ſanguinis miſſione apertiſſimè roborat. Mulier hæc enim ex menſtruis ſuppreſſis, & veris tempore, quo ſanguis magis rareſit, infirmata eſt: ex quibus partes medii ventris ſanguine præcipuè opprimebantur: & primo incæpit *ex nauſea, & laxitudine*: redundantia enim cruoris partes muſculoſas premebat; unde ponderis ſenſus, ac impotentia ferè ad motum, à qua ventriculi fibræ, ac nervi quodammodo vel- 2

licabantur; unde ejusdem perturbatio, ac inversio, aut à sanguine retento, & acetositatem amplius contrahente particulæ salinæ, ac depravatæ ad ventriculi fundum fermenti stomachici ergo, succique depravati deponebantur; unde ejusdem nausea; uti gravidis accidit. Hactenus autem sanguinis flumen per totum corpus æqua mensura excurrere videbatur, at postea magis adauctum, turgidumque evadens sine ordine fluitare ceperat: unde in sinistri lateris parte, musculis præcipuè, in hac facilius, quam dextera intercipiebatur cruor; eo quod (ut superius notavimus) sanguifera vasa lateris sinistri angustiora, ac depressiora existunt; quam dexteri; ex quo pars illa potius, quam hæc debilior sit: & sic in sinistra facilius quam
3 dextera stagnabat cruor. *Incipiens à cervice, & humero*: uti observamus interdum cum sanguis ebullit, humeros nobis dolere, ac cervicem, & quasi grave pondus percipi, doloremque obtusum; Cujusmodi in hoc principio fuit; qui deinde gravior, horror à fibrarum diductione nascebatur; sicuti sudor ab agitatione, ac inflammatio-
4 ne vehementi eliciebatur: nec conducebat, quia febris, quæ incepit, non solum, uti deberet, haud remittebat, sed magis intendebatur, & *dolor gravis erat* id est Sensibilior, & *tussis*; quia cruor pleniore flumine ad superiora resiliebat; unde omnia gravabantur; adeò ut repagulis, ac aggere ruptis, arteriolarum oris disiunctis, aut apertis excretio subcruenta è sanguine illo effœminato fuit efformata: *pallida quoque*; quia crassæ materiæ pars per oris glandulas
5 emungebatur, & multa: sic etiam *lingua alba* in febribus quibusdam
6 synochis observatur: *dejectiones mediocres* id est non multæ, *humidæ*
7 5.3. aqueæ *Urinæ biliosæ* 5.3. saturæ ex salibus è sanguine præcipitatis: quæ omnia quamvis contulerint, tamen verò tussis, dolor, & excreatio permanebant: quæ tamen soluta fuerunt quarta die cum ad noctem muliebria venerint multa: sanguis enim post excreatum, & deiectiones humidas magis attenuatus, ac orgasmo percitus adhuc
8 priora Symptomata servabat; donec uteri vasis apertis multitudine diffluxit: unde ejusdemmet turgescentia depressa, sedatoque æquore omnia evanuerunt: Calor autem tenuis, qui postea quoque penitus defecit.

PLEURITICUS XV.

Ex VII. Epidem. ægrot. LXXXXVII.

1 *EPicarmi filio accidit ex itinere, & potu cruditas, sequenti die mane anxietate facta bibens equam acetum, & salem vomuit pituitam. postea verò rigor apprehendit, lotus est febricitans, & doluit pectus.*

Ter-

Tertia die statim mane sopor modicum tempus tenuit eum, & delirabat: & febris acuta: graviter ferebat morbum: quarta die insomnis. mortuus est.

Filio huic Epicarmi ex itinere, & potu cruditas accidit, cum puer esset, & laxioris compagis itineris incommodis minus assuetus, ac insufficiens: quod iter plurium dierum fuit, alioquin si brevius non adeo facilè cruditatem tantem cumulasset: ex locorum enim mutatione non solum cibi, & potus variatio; sed somni præcipuè defectus, & difficultas; unde chylificatio non nisi vitiata, & torpidior efficiebatur; quæ interrupta, ac debilitata frequenti potu, præ motu, & itineris calore nimiis ingurgitatis aquis morbi origo fuerit. 2
At summoperè considerandum quod Hippocrates notaverit ex itinere, & potu; idcircò potissimum conjectandum, quod ex motu agitati, & concussi humores & cum toto corpore cruor novum succum, qui iis pro restauratione succenturiabatur, non bene defæcatum, crassiorem, ac lentescentem recipiebant, & maximè potum frigidum forsan; à quibus semis gelabantur. Ex agitatione enim, nimioque corporis motu, potuque multo immisso potissima eorum procatarctica causa lethum fuit obortum. Nam ut Clariss. Sylvius de Leboe in sua praxi notavit ex motu antecedenti mucositates, ac pituitam ipsam in primis viis existentem fundi, & magis attenuari, à potionis frigidæ deinde ingurgitatione, ac immediata illam veluti figi, & magis, quam ante fusionem erat, inspissari, & compingi: idcirco ut terminis priscis utar, ac Hippocraticis, cruditas non modo in primis viis aderat, ac stomacho extra vasorum sanguinis aream, sed maximè etiam in iisdemmet cruoris vasis. Sequenti die facta est anxietas partim ut puto ex visciditatibus, superfluoque muco stomachum opprimentibus; at insuper ex eodemmet cruore visci-diori in vasis pulmonum magis immorante; uti ipsis cachecticis accidit: quoniam ex ventriculi pressura non solum ejus proximiores partes uti & ipse thorax convellebatur, & ferè corpus totum perturbabatur; unde in pulmonibus quoque sanguinis jam jam lentescentis, ac prædispositi compressio fieret, qui ad proximum, ac perniciosum coagulum præparabatur. Et quamvis ex aqua, aceto, & sale epotis pituitam evomisset, & vomitus quo ad extra contulisset; nullatenus interiorem cruoris diathesim, ac interceptionem quodammodo adjuvit, ex eo quod ex emetico illo necessariò convellebantur ventriculi membranæ, & sic cæterarum fibrarum, ac villorum crispatio, & humorum ut sic dicam concentratio: quod arguitur ex rigore superveniente, & febre: Rigor enim quamvis à partibus acetosis, ac salinis irritantibus excitaretur; verum magna ex parte juxta Hippoc., ut alibi de morbis diximus, ex pituita, & bile motis 5.3 cruore lento alicubi inhærente, ac infixo: unde membraneis partibus, villisque diductis concussio, & rigor emergit. Nec balneum uti laxativum conduxit; quoniam etsi ex eo fibra relaxaretur, nullatenus

nus causa interna, & spina cruoris fixior, & durior foret; eam
10 dissolvere nequivit; imo calore suo eum magis dilatando, &
ad spatiosiorem cavitatem cogendo, dolorem in pectore peperit,
11 qui apertum, & indubium indicium fuit pectoris inflammationis. At quia cruor ferè totus ejusdem indolis, pravæque conditionis fuerat, ad caput quoque perrependo ibi inhærebat, cerebri, ac meningum novam inflammationem causabat: ex qua
12 *tertia die manè sopor* quamvis brevis, & *delirium accidit*; *ideòque febris acuta* 5.3 prior quamvis debilior nova phlogosi intensior, & magna. tertia die non à principio morbi, & anxietate, sed à
13 rigore, & febre computandum. *Graviter ferebat morbum*; id est anxiè, & irrequietè degebat, uti jis accidit, qui ex nimio, aut stagnante sanguine in pectore uti in catarrhis suffocativis stran-
14 gulantur. *Et quarta die mortuus est*. Qui morbus perperacutus
15 fuit: & quod notandum manè exacerbationes erant, & afflictiones majores contra aliarum febrium benignarum morem, quæ mane plerumque mitius se habent; unde ejus pernicies magna arguebatur.

F I N I S.

IN-

INDEX RERUM NOTABILIUM.

A

ABdera nunc Polyſtilo aliis Aſperoſa Par. 6. Pleur. 1. num. 26
Abdera Patria Democriti ib. n. 27
Abdominis muſculi in regione hypochondriorum præcipuè inflammantur p. 3. c. 9. n. 10
Abdominis muſculi inflammati Pleuritidem ſimilant ib. n. 11
Abſceſſus filiæ Domini Piſonis qui p. 1 c. 1 n. 15
Abſceſſus in muſculis externis perforetur p. 5 c. 8 n. 14
Abſceſſus quando veluti ſacculum foras prominet ib. n. 16
Abſceſſus in Pleuritide ad infernas partes quando fiat p. 1 c. 7 n. 19
Abſceſſus in Pleuritide ad ſupernas partes quando fiat ib. n. 20
Abſceſſus ruptio in cavitatem thoracis phthiſim parit p. 5 c. 8 n. 27
Abſceſſus ruptio in Pleuriticis 20, & 40 fit p. 4 c. 2 n. 22
Abſceſſus ruptio Peripneumonicis 40 aut 60 fit p. 4 ib. n. 23
Abſceſſus ruptio juxta corporis habitum & texturam variatur ib. n. 26
Abſceſſus ruptio fœtore indicibili facta ib. n. 30
Abſceſſus ſuppuratio phthiſim parit ib. n. 33
Abſceſſus ruptionem promoveat æger p. 5 c. 8 n. 13
Abſceſſus ruptio interdum non fit, & quare ib. n. 23
Abſceſſus ejus qui ſe ipſum ſecuit, hiſtoria ib. n. 16
Abſceſſus filiæ Domini Piſonis hiſtoria ib. n. 24
in Abſceſſus ruptione in thoracis cavitatem quæ adhibenda ib. n. 8
Abſceſſu quo moriuntur ægroti ib. n. 25
ex Abſceſſu dilatatæ pleuræ ſi evaderent, quomodo ib. n. 26
Aciditas quomodo via indirecta inflammationes pariat p. 2 c. 2 n. 29
Aciditas ſtagnantis liquoris comes eſt, non tamen cauſa unica, & indeficiens ib. n. 30
Aciditas in quolibet ſanguine plus minus hoſpitatur ib. n. 31
Aciditas quandoque effectus potius quam cauſa ſanguinis ſuppreſſionis ib. n. 32
Aciditas è venis ſpreta apoſtema parit juxta Vanhelm. p. 5 c. 5 n. 53
Aciditas non omnis extravenatur, & apoſtema facit ib. n. 54
ex Acidis manifeſtis quomodo via immenſa inflammatio fiat p. 2 c. 2 n. 28

Acu-

Acuti morbi ex decidentia interdum 20. numerantur p.6 pl. 1 nu.64
in Acutorum numero quæ consideranda ib. n.74
Aer frigidus quomodo Pleuritidem faciat p.2 c.2 n.20
Aer cœnosus, & humidus quomodo Pleuritidem faciat ib. n. 21
Alui profluvium ut sit malum duo adnotanda ib. n.15. 16. 17. 18. 19.
Amphiphradis filius verè Peripneumonia laboravit ib n.2
——Pleuritide non fuit affectus ib. n.3
——Post febrem sedatam tussim rumoris signum habebat ib. n.8
——Circa duodecimam cum virore subpallidum expuebat & non à pleura ib. n.9 10
——Adolescentulus erat ib. n.12
——Diutius vixit ib. n.13
——Novo morbo veteri adjuncto periit ib. n. 14 15 16
——prudens per omne tempus ib. n.19
——20. periit, & quare n. 20
Amphiphradis filii febris septimo non penitus evanuit ib. n. 6
——filio asperitas stridula circa pectus ib. n.11
——Morbus æstate evenit, quomodo ib. n.4
——Egestiones multæ, aqueæ, subbiliosæ ib. n. 5
Anastomosis ramorum intercostalium cum ramis thoracicæ à Basilica ortæ p.3 c.8 n.17
Anaxion Pleuriticus primus noster ægr.8 p.6 pl.1 n.1
——primis diebus tenue, & modicum spuebat ib. n.9
——Siticulosus insomnis, pervigil sexto deliravit ib. n. 10
——Septimam dolorosè egit ib. n. 13
Anaxionis Pleuritis genuina lateris dextri, varicosa ib. n.2
——febris essentialis ib. n. 3
——febris ex fermentatione sanguinis ib. n. 4
——Dolor lateris, & tussis unde ib. n.5
——febri à dolore majori ex parte augescebat ib. n. 6
——tussis arida unde ib. 8
——urinæ boni coloris multæ, & tenues ib. n.11
Anaxioni post fomenta calida nihil remittebatur imo potius major erat dolor ib. n.12
——Septima febris augebatur, & difficultas spirandi & omnia exacerbabantur ib. n.14
——largam sanguinis missionem instituit Hippocrates, & quare ib. n. 14 15 16
——post sanguinis missionem dolores remiserunt ib. n.17
——post sanguinis missionem tusses erant, at non infestabant ut prius ib. n.18
——Medicinam haud fecisse Hippocratem initio putatur ib. n.21 22
——an aliam sanguinis missio fuerit celebrata ib. n.19
——ab Hippocrate ante 8. ib. n. 20
in Ancipiti casu Medicus mature agat in Pluritice p. 5 c. 1 n. 8
in An-

in Ancipiti caſu attendendum ſit ad quod magis urget ib. num. 15
ex Aneuriſmate arteriarum venarum varix oritur p.1 c.4 n.10
Anodyna, ſeu topica qua in Pleuritide conveniunt p.5 c. 1 n. 20
Ante 14. & 21. materia pleuritica non eſt ſuppurata, ſed putrefacta juxta Hippocratem p.1 c.2 n.28
Antecedens Pleuritis quæ p.1 c.1 n.6
Antiphanis filius Pleuriticus IX.noſter ægr.28.ex V.epid. p.6 pl.9 n.11
——Initio laboravit Peripneumonia ib. n.2
——laboravit peripneumonia in latere dextero ib. n. 3
——poſt 60. dies excæcatus eſt in uno oculo ib. n. 18 19
——in oculi tumore dolor non aderat ib. n.20 21
——Cum Stertore, & multo delirio periit ib. n. 23
Antiphanis filio febris initio non magna fuit ib. n. 5
——ſuppuratio quædam accidit ib. n.8
——circa 14. & 20. febres videbantur deſinere, & rurſus corripiebant ib. n.7 8 9
——Calor tenuis ib. n.10
——tuſſis quandoque abundabat multa ſuffocatione ib. n. 11 12 13
——Sputa purulenta, e ferventia ſuper vaſe, & ſpumantia ib. n.14
——rancida aſperitas, & ſubſibilabat ib. n.16
——Spiritus denſior, rarò bene ſpirabat ib. n. 17
——Alter oculus excæcatus eſt, & pupillæ albæ, & ſiccæ ib. n. 22
Aortæ compreſſio ſupra diaphragma Caput,& Cor obruit p.3.c.8.n.26
Apuli pleuritico morbo præcipuè vexantur p.5 c.6 n.34
Apuli amygdalis naturæ providentia abundant ib. n. 35
Aqua graviſſima omnium humorum ex Hippocrate p.1 c.4 n. 6
Aqua Card. Sancti in Pleuritide quandoque ſuſpecta p. 5 c. 7 n.44
Aquæ nimium diaphoreticæ in Pleuritide nocent ib. n.42 43
Arteria bronchialis quæ p.1 c.5 n.1
Arteria bronchialis ſæpius duplex ib. n.2
Arteria bronchialis in pulmonibus humanis ſæpe partem anteriorem perrepit ib. n.3
Arteria bronchialis ſanguinem nobiliorem pulmonibus communicat ib. n.3
Arteria bronchialis per bronchia in Pleuritide ſanguinem eructat ib. c.8 n.4
Arteria bronchialis per œſophagum in os quoque eructat ſanguinem ib. n. 4
Arteria bronchialis fuit nota Eraſiſtrato concava dicta ib. n. 20
Arteria, quæ ſpinæ adjacet, eſt arteria magna juxta Eraſiſtratū ib.n.22
Arteria juxta priſcos aſpera arteria eſt ib. n.21
Arteriam concavam ſubodoravit ipſe Galen. ib. n.33
per Arteriam bronchialem regurgitat cruor ad vaſa intercoſtalia ib. num.2
de Arteria bronchiali Eraſiſtrati varia notantur. p.1. c.8. n.21

de Arteria bronchiali videatur figura præter Ruiſch. in Barthol. anat. p.1. c.5. n.5
Arteriæ fiſtulæ interioris tracheæ è ramo bronchiali, & non à vaſis pneumonicis oriuntur ib. n. 8
Arteriæ variçoſæ ampliori nomine dicuntur p.1. c.4. n.8
ex Arteriis intercoſtalibus qua via ad pulmones ſanguis aſcendat juxta Eraſiſtratum p.1. c.8. n. 20
Aſcendens Pleuritis juxta practicos quæ p.1. c.1. n. 13
Aſcendens Pleuritis juxta Hippocratem quæ ib. n.15
Auriginoſus color unde p.4. c.2. n.8
Auriginoſus color Pleuriticis portentoſus ib. n. 7
Auriginoſus color hepatitidis ſignum ib. n.9
Autumnus quid p.6. pl.6. n.3

B

BAllonii notabilis hiſtoria de hæmoptyſi ex hypochondriis par.1. cap.8. n.54
Bartholeti epithema in Pleuritide p.5. c.7. n.58
Baſilica quare jecoraria, & in ſiniſtro latere p.1. c.3. n.10
Bellinus Calli abductionem à cucurbitulis ſcarificatis non ſolvit par.5. c.6. n.34
Bellini opinio de tranſudatione in Pleuritide refellitur p.1. c.2 n.14
Benigna Pleuritis p.1 c.1 n.9
Bronchia ſunt loca circa pulmones juxta Eraſiſt. p.1 c.8 n. 23

C

CApite affecto, & cerebri meningibus inflammatis pulſus ferè connaturalis, & quare p.3 c.3 n.11 12
Carnium uſus in Pleuritide ſanguinea primis diebus vitandus par. 5 c.1 n.22
Caupo Pleuriticus noſter 6. ex 7. epid. p.6 pl.12 n.1
Caupo Peripneumonia laboravit ib. n.2
Caupo nona excrevit pallidum ib. n.9
Caupo decima ſubibat magis concocta ib. n. 10
Caupo decima quarta fuit ſanus ib. n.12
Cauponi alvus in principio conduxit ib. n.3 4 5
Cauponi alvi fluxus octavo quoque conduxit ib. n.8
Cauſa proxima, ſeù continens Pleuritidis quæ p.2 c.1 n.1
Cauſa proxima Pleuritidis ex duplici cauſa antecedenti pẽdet ib.n.2
Cauſa proxima, & vitio liquidi Pleuritidis quæ ib. n. 3
Cauſa remotior, & ſolidi culpa quæ ib. n.4
Cauſa Pleuritidis altera excitans, altera coadjuvans par.2. cap.3. num. 16.

Causa extrinseca, & remotior ex solidi culpa ex se sola inflammationem non parit ib. n.18
Causæ procatarcticæ, & antecedentes Pleuritidis duplici modo operantur p.2 c.2 n.1
Causæ procatarcticæ, & antecedentes quomodo via magis propria operentur ib. n.2
Causæ procatarcticæ, & antecedentes via minus propria operantes ib. num.3
Causæ mediatæ, & immediatæ Pleuritidis mutuas sibi præbent manus ib. n.5
Causæ externæ prohibitæ perspirationis insensibilis juxta Sanctor. ib. num.7
Charites Pleuriticus 12. noster 60. ex Epid. p.6 pl. 12 n. 1
Charites febri inflammatoria essentiali laboravit ib. n. 2.
Charites ex tussicula Epidemiali febrem acutam concepit ib. n. 4
Charites stragula reiciebat ib. n.8
Charites variis viis morbifica materia se exoneravit ib. n. 18
Charites comatosus permansit non rigorosè usque ad 11. ib. n.20 24
Charites 40. convaluit ib. n.29
Charitis historia variis mutationibus est insignita ib. n.3
Charitis tussicula proditoria ib. n. 6
Charitis urinæ quæ ib. n.10 11 13
Charitis tolerantia ex excretione multa, lenta, & alba, & crassa, ib. n.15 16
Chariti principio sopor cum labore ib. n.9
Chariti septimo è glande pauca ib. n.14
Chariti excreatio concocta, & similis purulentis ib. n. 17
Chariti postea somnus sine labore unde ib. n.19
Chariti humiditas in fronte fuit ib. n.21
Chariti sudatiuncula conduxit & quare ib. n. 22
Chariti tussis post undecimam unde ib. n. 24 25
Chariti urina unde supprimebatur ib. n. 26
Chariti 17 dolor hypochondrii venit magis ad alvum ib. n. 27
Chariti febris intra vigesimam evanuit ib. n. 28
de Charite Hippocrates dixit somnus ad noctem, quare ib. n.23
Chinachinæ quolibet modo Pleuricis quando confert p.5 c.8 n.10
Cholera maligna Pleuriticis male dicitur p.3 c.10 n. 55
Cibi crassi quomodo insensibilem perspirationem lædant p.2.c.2-n.20
Cloacæ nomen ori interno potius indendum p.1 c.4 n.51
Cognitio in Medicis quid p.3 c.1 n.1
Complicata Pleuritis quæ p.1 c.1 n.12
in Conjuncta Pleuritide pharmacum validius si requiritur, quæ observanda p.5 c.2 n.6
Contumeliosa verba in ore Medicorum sordescunt p.1 c.8 n. 36
Corporis, & animi exercitii intermissio insensibilem perspirationem

lædit par.2 c.2 n.24
Cortex Peruv. in Pleuriticis quando conveniat p.5 c.5 n.71
Cruor pleuriticus est crassamentum sanguinis ad emunctoria emandandum p.1 c.6 n.16 63
Cruor pleuriticus purulentus confuse dicitur ib. n.61
Cruor pleuriticus similis est ei, quod Hippacen Hippocrates vocat ib. n. 62
Cruor Pleuriticus phlebotomia eductus qui p.1 c.6 n.60
Cruor in Pleuritide, Peripneumonia, & Rheumatismo qui p.1 c.7 n.1
Cruor in his in vasi minoribus cespitat ib. n.3
Cruor è salvatella eductus qui ib. n.9
Cruor quoad minora vasa descendit magis restringitur, & quodammodo immoratur p.2 c.2. n.14
Cruor quomodo dicatur insons p.2 c.3 n.24
Cruor natura sua concrescibilis est ib. n.26
Cruor haud rectè mixtus phlegmati, sed veluti adjunctus apparet p.1 c.7 n.29
Cruor purulentus, & subalbidus per foramen venæ angustum non trajicitur p.1 c.6 n.70
Cruoris pleuritici color vnde p.1 c.6 n.16 64
Cruoris ineptitudo in Pleuritide vino pendulo comparatur à Willis p.2 c.2 n.7
Cruoris ineptitudo quando via immutata Pleuritidem faciat ib. n.6
Cruoris insontis æqua multitudo in vasis, si ista crispentur Pleuritidem causat p.2 c.3 n.21
Cruoris insontis moles si mediocris sit, & solidi crispatio superet, Pleuritis fit ib. n.22
Cruoris si mensura inferior in vasis coæqua sit vasorum angustiæ, si ipse proximius concrescibilis est, Pleuritidem facit ib. n.23
Cruoris pleuritici subalbidus color ab ambiente frigido juxta Sydhen. p.1 c.6 n.69
Cruoris pleuritici color ab ambiente frigido, & radice in sanguine fit ib. n.70
Cruoris purulenti cognitio summoperè necessaria ib. n. 73
Cruoris Mucor venæ sectæ foramen magis opplet si à Chirurgo vena non secetur in medio, nec foramen amplius p.5 c.4 n.20
Cucurbitulæ scarificatæ vulgò applicantur cum vires sint debiles, sed perperam p.5 c.6 n.37
Cucurbitulæ scarificatæ momentaneè derivant, & quare ib. n.32
Cucurbitulæ scarificatæ præsidii genus invisum ib. n.30
Cucurbitulæ scarificatæ quando potius conveniunt ib. n.29
Cucurbitulas scarificatas quando denegamus ib. n.25
post Cucurbitulas scarificatas pars robur inæquale retinet ib. n.32
Cucurbitulis scarificatis post phlebotomias anteponimus decoctiones pectorales ib. n.31

è Cucurbitulis ſcarificatis exit latex aquoſus ib. n.26
ex Cucurbitulis ſcarificatis facilior eſt colli obductio ib. n.35
Cura Pleuritidis p.5 c.1 n.1
Cura eadem eſt omnibus inflammationibus quod principaliora remedia p. 3 c.9 n.25 26
in Cura Pleuritidis proſpiciendum an ſit vera, vel notha p.5 c.1 n.3
in Cura Pleuritidis maximè proſpiciendum an phlebotomia, aut purgatio conveniat p.5 c.1 n.4
in Cura Pleuritidis Medicus accerſitus haud illicò operetur ib. n.5
in Cura Pleuritidis quid debeat propinare Medicus, donec melius obſervet ib. n. 6
in Cura Pleuritidis Medicus ſæpius redeat ad viſendum ægrum ib.n.7
in Cura Pleuritidis Clyſteres mollientes conducunt p.5 c.3 n.3
Curantem Medicum in melius reputavit Hippocrates p.5 c.1 n.2
in Cura corruptivæ inflammationis tria conveniunt p.5 c.8 n.1
Cuticula alba in ſanguine pleuritico colum apparet, ſi aeri exponatur p.1 c.6 n.71

D

DEcoctum pectorale ex quibus conſtat p.5 c.7 n.8
Decoctum pectorale potentius ib. n.10
Decoctum pectorale hauriatur valde calidum ib. n. 11
Decoctum tabaci Ferdinandi in abſceſſu p.5 c.8 n.6
Decoctum tabaci quid ib. n.8
Decoctum vulnerarium pro ſyringa ib. n.21
Decocti expectorantis doſis p.5 c.7 n. 9
Decocta pectoralia inflammationis corruptivæ triplici indicationi ſatisfaciunt p.5 c.8 n.2
Decocta pectoralia poſt quot phlebotomias ſunt propinanda par.5 c.1 n.23
Delirium fortem Pleuritidem ſequens non valdè grave p.4.c.1.n.10.12
Delirium mitiorem Pleuritidem ſequens graviſſimum ib. n. 11 13
Deſcendens Pleuritis juxta practicos quæ p.1 c.1 n.14
Deſcendens Pleuritis juxta Hippocratem ib. n.16
in Diagnoſi ceſpitarunt Magni Medici p.3 c.1 n. 3
Diaphragmatis inflammationis ſigna p.3 c.9 n.7
Diarrhæa Pleuriticis quandoque ſola accidit p.3 c.10 n. 56
Diarrhæa in Peripneumonia hiſtoria n.57
Diemerbroech. refellit Plateri opinionem de pleuro-pneumonia, p.1 c.3 n.13
Dolor lateris acutus Pleuritidis ſignum p.3 c.1 n.4
Dolor pleuriticus in perioſtio quoque adeſt ib. n.6
Dolor pleuriticus dicitur pungitivus, perterebrans, & acutus ib. n.8
Dolor punctorius ex inſtrumentis minutis fit juxta Bellinum ib. n.9

Dolor acutus à materia lenta, & salina quoque fit ib. n.10
Dolor punctorius est quia violentus ib. n.11
Dolor pleuriticus quare in parte sinistra frequentius ib. n.12
Dolor pleuriticus in qualibet pleuræ parte excitatur ib. n. 13
Dolor dextri lateris in Anaxione ib. n.14
Dolor lateris de una parte ad aliam extenditur in Pleuritide ib. n.15
Dolor ultra thoracem descendit pluribus rationibus ib. n.16.17.18.19
Dolor pleuriticus utplurimum fixus in uno loco ib. n. 20
Dolor pleuriticus primarius, & radicalis ib. n. 21
Dolor pleuriticus vagus ib. n.24
Dolor pleuriticus veluti dolorosa Zona ib. n.25
Dolor pleuriticus solutus in vna parte manet in altera ib. n.26
Dolor primarius & radicalis quando observatur omnino ib. n. 28
Dolor pleuriticus juxta ægri situm exacerbatur ib. n. 30
Dolor exacerbatur in latere opposito cubante ægro; & quare ibid. n. 32 33 34
Dolor acutus magis proprius Pleuriticis, & quare p.3 c.6 n.10
Dolor acutus in Pleuritide quando non percipitur ib. n.11
Dolor acutus in ipsa Peripneumonia adest n.12
Dolor acutus, & perterebrans de Pleuritide certius signum ib. n.13
Dolor acutissimus Pleuriticis non adeò frequens ib. n.14
Dolor obtusus, & gravativus sæpissimè accidit ib. n. 15
Dolor acutus lateris sine febri quando ib. n.16
Dolor acutus pectoris cum febri absque inflammatione post aliquot horas dissolvitur ib. n. 20
Dolor lateris in febri sine inflammatione si post aliquot horas non solvatur de inflammatione dubitandum ib. n.21
Dolor Pleuritidis ex dorso interdum acutus, interdum valdè acutus p.3 c.8 n.6 7
Dolor in Pleuritide ex dorso variat, quare ib. n.8
Dolor ex plaga unde ib. n.11
Dolor obtusus parte anteriori inflammato Mediastino ib. n-12
Dolor magis obtusus inflammato Mediastino p.3 c. 9 n. 1
Dolor sub costis quandoque in regione hypochondriorum inflammationes significat ib. n.8 9
Dolor sub costis, & hypocondriis quamvis non sit vera inflammatio ib. n.13
Dolor peripneumonicis sub scapulis ad claviculam, ad mammam, & gravitas in pectore unde p-3 c.10 n.10
Dolor in Peripneumonia major est in respiratione; quare ib. n-12
Dolor in Peripneumonia non semper in principio percipitur, & quare ib. n.14. & 15
Dolor in Peripneumonia quando emergit ib. n.16
Dolor Peripneumonicis siccioris naturæ à principio erumpit raro postea ib. n.17

Dolor à quibus Peripneumonicis non sentitur donec tussire inceperint ib. n.18
Dolor ut cognoscatur, præcipimus ægroto ut sese vertat in oppositum latus ib. n.20
Dolor ut cognoscatur, præcipitur Pleuriticis ut tussiant quare ib. n.21
Dolor ut cognoscatur præcipitur ægro, ut fortiter respiret ib. n.22
Dolor hystericarum à pleuritico distinguitur in febri p.3 c.11 n.11
Dolor lateris, & pleuriticus quomodo differant ib. n.7
Dolor lateris insignis, & acutus sine febri: unde ib. n.2 3 4 5 6
Dolor lateris spurius ex mesenterio crescit, & decrescit ib. n.31
Dolor lateris ex mesenterio est ille, in quo purgabat Hippocrates ib. num.35
Dolor perseverans quando suppurationem indicat p.4 c.1 n.5
Dolor perseverans quando ab abscessu ib. n.6
Dolor securi dignus qui ib. n.7
Dolor quando indicat delirium ib. n.8
Dolor postea, & febris prius solvatur necesse est ut pleuritis tutior evadat ib. n.14
Dolor in pectore firmatus sopore mortem ostendit ib. n.20
Dolor lumborum, & lateris, quando Regium morbum indicat ib. n.21
Dolor mammarum in mulieribus quando solvitur ib. n.23
Dolor si sit Gallicus quæ propinanda p.5 c.3 n.14
Dolor si sit à vermibus absque inflammatione purgandum ib. n.17
Dolor si sit à vermibus absque inflammatione cum solutivo detur Mercur. dulc. ib. n.18
Doloris acuties membranas, remissio musculos inflammari significat p.3 c.1 n.7
Doloris abolitio quando sphacælum minatur ib. n.29
à Doloris cessatione æger delirabit post 12. horas p.4 c.1 n.9
Dolore non in quolibet sub septo purgandum p.3 c.11 n.36
de Dolore lateris ex mesenterii morbo Historia ib. n.32
de Dolore lateris ex mesenterii morbo altera Historia ib. n.33
de Dolore pleuritico acuto absque inflammatione Heurnii adnotatio p.3 c.6 n.22
ex Dolore acuto correpti, & convulsione quare pleuritici non fiant p.2 c.2 n.24
in Dolore hypochondriorum nautæ vaniloquium non à diaphragmate p.3 c.9 n.12
in Dolore pectoris, & dorsi mictio cruenta suppressa perniciosa p.4 c.1 n.16
pro Dolore lateris Pleuritidem dicit Hippocrates p.1 c.3 n.8
Dolores vagi non semper ab inflammatione oriuntur p.3 c.1 n.27
Dolores pleuritici primo molles, deinde exacerbantur, quid indicant p.4 c.1 n.18
Dolores pectoris Convulsivi causæ Pleuritidis mediatiores p.2.c.2.n.8

Dolores circa lumbos, & infernas partes quid indicant p.4 c.1 n.18
Dolores ſuppurationem indicantes qui ib. n.22
Dolores in uno latere quandoque primarii, & radicales ib. n. 23

E

EDuliaquæ in Pleuritidis cura p.5 c.1 n.24
Emplaſtraque in Pleuritidis cura ib. n.21
Emplaſtra ex gummis ruptionem abſceſſus coadjuvant p.5 c.8 n.11
de Empyematis cura qui Auctores legendi p.5 c. 8 n.29
Empyici pauciores per pulmonum vias pus ſpuunt p.1 c.2 n.7
Emulſiones in qua Pleuritide conveniunt p.5 c.7 n.2 3
Epicarmi filius Pleuriticus noſter xv.ægr.97. ex 7.Epid. p.6 pl.15 n.1
—— inflammationem quoque pectoris concepit ib. n.11
—— graviter ferebat morbum ib. n.13
—— quarta die mortuus eſt ib. n.14
Epicarmi filio ex itinere & potu cruditas accidit ib. n.2 3
—— cruditas quoque ſanguinis fuit ib n.5
—— facta eſt anxietas ib. n.6
—— vomitus quomodo nocuit ib. n.7 8
—— Balneum nec conduxit ib. n.9 10
—— Sopor brevis, & delirium, & febris acuta ib. n.12
—— exacerbationes mane erant ib. n.15
Epidemicæ Pleuritides unde pendeant p.2 c.3 n.10
Epidem. lib.V. & VII. Hippocratis eſſe negat Gal. p.6 pl.3 n.1
ex Epidem.ægrotos omnes cum Valleſio commentamus p.6.pl.3.n.3.4
Eraſiſtratus quid ſentiebat de ſputo empyico p.1 c.6 n.20
Eraſiſtratus quare non dixerit per pulmones, ſed per loca circa pulmones in Pleuritide ſanguinem aſcendere p.1 c.8 n.29
Eraſiſtratus ſiniſtrè corripitur à Gal. de via ſanguinis in Pleuriticis p.1 c.8 n.29
Eraſiſtratus magnus Medicus, Anatomicus, & prudens p.1 c.8 n.30
Eraſiſtratus uti Magiſter compendioſè ſcripſit p.1 c.8 n.31
Eraſiſtrati opinio de ſputo empyico non facilis, & raro p.1 c.8 n.20
Eraſiſtrati ſecta arteriam bronchialem, & viam ſanguinis ad pulmonem clariſſimè deſcripſit p.1 c.8 n.32
Eraſiſtrati ſententiam poſt meam exaratam reperi p.1 c.8 n.37
ex Errore ordo interdum oritur p.2 c.11 n.21
Error etſi utilis non eſt imitandus ib. n.22
Eſſentialis Pleuritis p.1 c.1 n.11
Etymon Pleuritidis ib. n.1
Euentus Pleuritidis triplex eſt p.4 c.1 n.4
Euridamus ægr. V. ex VII. epid. p.6 pl.3 n.1
—— curatus rediit ad mentem, & quare ib. n. 14
—— ratione pulmoniæ melius ſe habuit, ratione phrenitidis periit ib. num. 16

——somno multo perfusus est ib. num.22
Euridamo cum icteritia somnus multus,ac strepitus multus ib.n.24.25
Euridamo delirium ex phrenitide accidit ib. n.13
——somnus unde evenit ib. n.15
——Sputa puriora manabant unde ib. n. 17
——inflammatio Meningum speciem Apoplexiæ induxit ib. n.21
——Oculi icterici fiebant: unde ib. n. 23
Exacerbatio vesperi major in febri essentiali, quam symptomatica, & quare p.3 c.2 n.10
Excretionum consuetarum suppressio quomodo via immediata Pleuritidem faciat p.2 c.2 n.10
——Quomodo sit Pleuritidis causa mediatior p.2 c.3 n.4
Exercitati à Pleuritide, & Peripneumonia citius pereunt, quam in exarcitati p.4 c.6 n.11
Exquisita Pleuritis quæ p.1 c.1 n.1
Exquisita Pleuritis singularis ib. n.3
Exquisita Pleuritis conjuncta ib. n. 5

F

FAcies Pleuriticis quare tumeat p.1 c.8 n.46
Fauces ora nasus, & faciei partes, & larynx à carotidum ramis arterias quoque habent p.1 c.8 n.9
Febris essentialis quæ, & quomodo cor perturbet p.1 c.4 n. 12
Febris inflammatoria quæ juxta Morthon. ib. n.13
Febris inflammatoria quæ juxta nostram sententiam ib. n. 14
Febris inflammatoria plerumque species Synochi est ib. n.15
Febris inflammatoria rigorosè cum pars aliqua non adhuc sit inflammata ib. n. 16
Febris inflammatoria vulgò dici solet essentialis, & primaria cum alterius partis inflammatione ib. n.17
Febris essentialis utplurimum est comitata cum Pleuritide ib. n. 18
Febris essentialis plerumque cum Pleuritide juxta Senner.p.1.c.4.n.20
Febris essentialis quandoque principio mitis p.2 c.4 n.24
Febris essentialis quædam synochi species juxta sydhenan. ib. n.25
Febris essentialis facilius plures, & successivas inflammationes parit ib. num.31
Febris essentialis plures inflammationes parit ib. n.32 33 34
Febris symptomatica alterius inflãmationis quandoq;causa è ib. n.35
Febris acutà continua Pleuritidis signum p.3 c.2 n.1
Febris pleuritica duplicis tertianæ typum plerumque servat ib. n. 2
Febris Pleuriticorum vesperi exacerbatur ib. n. 3 4 5
Febris qualis autumno vesperi exacerbatur ib. n.6
Febris symptomatica speciem continentis servat ib. n. 7
Febris mesenterica, quæ p.3 c.11 n. 24
Febris causa biceps Pleuritidis, & maximè notabilis p.1 c.4 n.1

Febris essentialis & Pleuritidis symptomaticæ divisio, & è contra est necessaria ib. n.2
Febris Mesentericæ signa p.3 c.11 n.30
ex Febri principio accensa pleuræ, cæterarum partium inflammationes oriuntur p.2 c.4 n.3
ex Febri oriri inflammationes confirmat Hippocratem p.1 c.4 n.4
ex Febri pars crassior sanguinis distrahitur,& conglobatur ib. n.22
ex Febri essentiali quacumque in qualibet Pleuritide sanguis pleuriticus est, & conglobatus ib. n.30
ex Febri essentiali Pleuritides longiores ib. n. 36
ex Febri Castrensi morientes ex inflammatione mori putatur ib.n.39
ex Febri morientes cujuscumque generis, inflammatione mori nos putamus ib. n.40
ex Febri augetur materia pleuritica in tumore varicoso p.1 c.7 n.8
in Febri inflammatoria, & essentiali adest aliqualis cruoris interceptio in omnibus vasis p.1 c.4 n. 19
in Febri essentiali cruoris oppositus status notatur p.2 c.4 n.29
in Febri symptomatica non adest tanta frequentia pulsus p.3 c.2 n.8
in Febri symptomatica mitior symptomatum apparatus mortem perostendit ib. n.9
in Febri mesenterica Abdomen tumet p.3 c.11 n.28
in Febri mesenterica duplicis tertianæ typus, aut quartanæ servatur ib. n.29
in Febri mesenterica etsi sit sanguinis sputum quandoque non est conjuncta Pleuritis ib. n.37
Febres mesentericæ fallunt p.3 c.11 n.34
in Febribus non inflammatoriis passiones hystericæ, & pectoris dolor comitantur ib. n.11
Floridus sanguis in Pleuritide suspectus p.1 c.8 n.9
Floridus sanguis quando juvat ib. n.10
Floridus sanguis magna tussi,& vehementi motu expuitur ib. n. 11
Fomenta ante sanguinis missionem non adhibenda præcipue in Pleuritide sicca p.6 pl.1 n.41
Fomenta ante sanguinis missionem quando facienda juxta Hippocratem ib. n.43
Fomenta quando nocent ante sanguinis missionem ib. n.45
Frigus quomodo sit mediatior causa Pleuritidis p.2 c.3 n.1
Fuchsii opinio refellitur circa numerum dierum in Pleuritide par.6 pl.1 n.61 62
Fuligo camini in Pleuritide convenit p.5 c.7 n.17
Fumus nicotianæ conducit in abscessus ruptione p 5 c.8 n.10

G

GAlenus sinistre corripit Erasistratum de sanguinis via in Pleuritide p.1 c.8 n.29

Gelatina C.C. ubi convenit p.5 c.3 n.7
Genuina,& propria Pleuritis negari videtur ab Hippocrate.p.1.c.2.n.1
Genuina Pleuritis, & singularis à quibusdam negatur ib. n. 2
Glandularum oris usus p.1 c.6 n.26

H

HÆmoptoici historia ex Mesenterii labe p.1 c.8 n.5
Hæmoptoici quamplurimi non ex pulmonum labe, sed ex remotiori abdominis regione fiunt ib. n.55
Hæmoptoici quamplurimi perfecte curantur p.1 c.9 n.1
Hæmoptoicæ fœminæ sæpissimè evadunt ib. num.3
Hæmoptysis, & hæmorrhagia ex inflammationibus extra thoracem, ex hepate, quam ex iis intra thoracem p.1 c.8 num.53
Hæmoptysis ex pulmonum tuberculis præcipuè phthisim inducit par.1 cap.9 num.1
Hæmoptysis ex pulmonum vomica phthisim parit ib. num.5
Hęmoptysis ex sanguine evenato in pulmones phthisim gigniit ib.n.6
Hæmoptysis ex hepatis at aliarũ partiũ vitio fit ex Hipp. p.1.c.8.n.52
Hæmorrhagia quid p.1 c.8 num.50
Hæmorrhagia sanguinis quomodo Pleuriticos liberet ib. num.38
Hæmorrhagia ex ore ordinariè fit ex phlegmonoso tumore ib. n. 50
Hepatitis à musculorum inflãmatione quomodo differat p.3.c 9.n.35
Hepatitidis signa à Pleuritidis unde differant ib. num.27 28
Hepatitidis signa propriora quæ p.3 c.9 n.29 30 31
Hepatitidis signum præcipuum ex Gal. ib. num. 32
Hepatitidis signa ex Hippocrate ib. num. 33
Hermoptolemus Pleuriticus VII. noster. ægr. XV. ex epid. 7. p.6.pl.7.n.1
——Peripneumonia periit ib. n.2
——frigidus denuo recalebat ib. n.8
Hermoptolemi sudor non bonus, etsi die bono ex Hippocrate ib n.5.6
Hermoptolemo frequentes lypothomiæ ib. n.7
——Sudor in undecima quid ib. n.9
——biliosæ egestiones, & tussicula sicca ib. n.10
Hippacen quid vocant Scythæ p.3 c.7 n.6
Hippocrates varius non est ib. n.25
Hippocrates Medicorum Maximus ex Sene: ib. n.26
Hippocrates Naturam secutus est ib. n.27
Hippocrates diversa refert, & quare ib. n.28
Hippocrates per provincias, & regiones ad medendum excurrebat p.6 pl.1 n.22
Hippocrates quare omnia non scripserit ejusdem tenoris p.6 pl.3 n.6 7. 8. 9. 10
Hippocratis textus prolixius dilucidatur ad tollendas notas à Gal. ipsi traditas p.3 c.7 n.24
Hippostenes Pleuriticus IV. noster ægr: XIV. ex V. epid. p.6 pl.4 n.1

——cruentum excreavit non multum ib. n.13
——undecima periit, & quare non ſeptima ib. n.24
——per quinq; dies nunc reſpirabat, nunc non, & quare ib. n.25.26.27
Hippoſtenes cum deſiperet, ſine febri fiebat, quare ib- n.28 29
——nullum ſputum excreavit ib. n.30
——ſtertorem non habuit quia non pulmoniacus ib. n.31
Hippoſtenis morbus non fuit Peripneumonia ib. n.4
——Morbus fuit Pleuritis ex dorſo ib. n.5
——dorſi muſculos, & pectoris fuiſſe inflammatos ib. n.6
——Dorſi ruborem ad fuiſſe ib. n.7 8
——inflammationi præter caſum aliæ ſuccenturiatæ fuerunt ib. n.9
Hippoſteni tuſſis ſiccior, & inanis, & ſpiritus denſus und. ib. n.10.11
——dolor acutus haud urgebat ib. n.12
——cum tuſſiret pectoris partes, & dorſum dolebant ib. n.14
——unde delirium evenit ib. n.15 16 17
——ſanguis effluxit ex naribus circiter cotylas quatuor ib. n.18
——hæmorrhagia è ſanguine tenuiori, & aquoſo promanavit ib. n.19
——unde evenit quod neque loqueretur, neque ſentiret ib. n.20.21.22
——Addit Hippocrates neq; erat ſputũ, cũ dixerit prius ib. n.32.33.34
——Peripneumoniam non adfuiſſe ex aliis arguitur ib. n.35
——Sanguineus latex per inteſtina excretus, & quare ib. n.38
Humana vita fretum ex Senec p.4 c.1 n.2
de Humorum ponderatione quæ dixerit Hippocrates p.5 c.4 n-27
ex Hyſſopo parata conveniunt in ſuppuratione p.5 c.8 n.4

I

ICtus, caſus, & pectoris contuſio cauſæ mediatiores Pleuritidis p.1 c.3 n.11
Impropria Pleuritis p.1 c.1 n.22
Inflammatio duplex eſt p.1 c.4 n.1
Inflammationis prius genus ib. n.2
Inflammationis prius genus dicitur inflammatio varicoſa ib. n.6
Inflammationis poſterior tumor qui ib. n.11
Inflammationis poſterioris genus corruptiuum dicitur ib. n.14
Inflammationis pleuræ, & pulmonum diſtinctio ex lib. de morb. apparet p.1 c.6 n.13
Inflammationis pleuræ, & pulmonum diſtinctio ad curam non multum attinet, ad Ætiologiam ſummopere p.3 c.9 n.24
Inflammatione varicoſa quomodo moriatur æger p.1 c.4 n.10
Inflammatione varicoſa quomodo liberetur æger ib. n.11
Inflammatione hepatis partis ſimæ graviora ſymptomata p.3.c.9.n.34
in Inflammatione magna thoracis ægrotum rectè ſedere non poſſe, & quare p.4 c.5 n.5 6
in Inflammatione priori ſanguis non eſt ſummè mutatus, & proſcriptus p.1 c.4 n.4

in In-

in Inflammatione posteriori sanguis extra vasa diffluit, & corrumpitur ib. n.12
in Inflammatione posteriori etiamsi sanguis sit in venis quoque corruptus est ib. n.13
Juniores quia robusti magis ægrotant juxta Hippocratem p.5 c.5.n.23
Juniores quia robusti non facile spuunt ib.
Juniores quia robusti dolores acutos patiuntur juxta Hippocratem ib. n.24
Junioribus venæ sunt robustæ, & sanguine plenæ juxta Hippocratem ib. n. 25

L

LAbor, & pondus causæ mediatiores Pleuritidum p.2 c.3 n.5
Larissa vulgò larza in Thessalia p.6 pl.1 n.24
Larissa Pensilis dicta vulgò Larza ad Maliacum sinum ib. n. 25
Lateris inflammatio juxta thoracem extenditur juxta Hippocratem par.1 cap.3 num.15
Latex sanguineus sejunctus à materia crassa excurrit per vasa minora in Pleuritide, & rheumatismo p.1 c.1 num. 22
Latus quia carne nudum rigescit ex Hipp. p.1 c.3 n.5
Latus quare carne nudum ib. num.7
Lingua biliosa quando salutaris p.4 c.3 n.1
Lingua tota alba, & aspera Peripneumonicis quid; Media quid indicet ib. num.3
sub Lingua bullam sublividam habens ferri tincti similem quid significet ib. num. 2
Locus perforationis abscessus ubi p.5 c.8 num.15
ex Lucta Pleuritis oritur ut in Hippostene p.2 c.3 n.13
Luxatione, & fractura laborare sæpe fallit ægrotos p.6 pl.9 num.4

M

MAgna causa brevissimo tēpore quādoq;magnū efficit. p.5.c.6.n.2
Maligna Pleuritis p.1 c.1 n.8
Maligna febris quæ p.5 c.6 n.51
Malignæ febres plerumque imaginariæ ib. n.49
Manna non convenit in Pleuritide notha, & quare p.5 c.2 n.8
Manu obtruncatis sanguis nutritioni manus destinatus abundans inflammationem non parit p-1 c.3 n.20
Materia pleuritica per pulmonis vasa, & vesicas non resorbetur par.1 cap.2 num.34
Materia, quæ tussi ejicitur longè minor è trachea exit p.1 c.6 n.29
Materia lenta è tracheæ glandulis,& laryngis non educitur ib. n.42
Materia crassa, & lenta in Pleuritide è tonsillis, & aliis oris glandulis educitur ib. n.44
Materia pleuritica in sanguine redundans per emunctoria oris præcipuè

cipuè ablegatur ib. num.65
Materia pleuritica quæ tuſſi ejicitur eadem eſt cum ea, quæ cum ſanguine è vena ſecta profluit ib. num. 66
Materia pleuritica rectius explicatur à Sydhen. ib. num.68
Mteria craſſa ceſpitat in vaſis, & ea diſtendit, & inflammationem parit par.1 cap.7 num.6
Materia pleuritica per os uti tumori varicoſo proximius promptius excernitur ib. num.13
Medica concoctio quid ſit ib. num.12
Medici prudens judicium omnia ſigna perpendat p.4 c.1 n.21
Medici pondus eſt morbi incrementum præcavere p.5 c.5 num. 27
Medicum expertum matura patientia facit p.5 c.6 num.4
Medici ut calumniam evitent ſanguinis miſſioni adſint ib. num. 3
Medici ſanguinem parciſſimum mittunt ut vulgò ſatisfaciant ib. n.2
Medicis quæ via curæ aperitur tenenda p.5 c. 3 num. 26
Medicamentum pretioſum quod p.5 c.7 num.14
in Medicina quidpiam divinum par.4 c.1 num. 3
Mercurium cum ſyr.de cich.Nic.pueris etiam propinamus. p.5.c.3.n.8
Methodus de ſanguinis miſſione, & purgatione antiqua, & putrida malè dicitur p.5 c.4 num. 1
Methodus noſtra in Pleuritide licet antiqua *juxta naturam* eſt ib. n.6
Meto Pleuriticus noſter 13. ægr. 84. ex 7. epid. p.6 pl.13 num.1
Meto cibos guſtabat bonum ib. num. 12
Meto à ruptionis abſceſſu per triginta quinque dies fuit liber ib. n.18
Metonis morbus pleuro-pneumonia fuit ib. num.2
Metoni pulmones afficiebantur ib. num.3
——dejectiones bilioſæ profuerunt ib. num. 5
——dolor in tribus diebus ferè ceſſavit ib. num.6
——in pulmonibus fuit quædam ſuppuratio ib. num.7 8 9 11
——cur excretiones nec bilioſæ ib. num.10
——ſudores exigui ad noctem quare ib. num.13
——puris collectionis ſigna ib. num. 14
——Emeticum cur propinatum ib. num.15
——Abſceſſus ruptio quadrageſimo die accidit ib. num.17
Metonem ardor tenebat, ſcilicet febris ardens ib. num. 4
Minutiæ in Medicina non contemnendæ p.3 c.1 n.2
Minus propria Pleuritis p.1 c.1 num.21
Morborum indagatio ſedula tyronibus commendatur p.3 c.9 n.14
Mucus qui, & unde ſcatet p.1 c.6 n.25
Muſculi exteriores thoracis, aut membrana cingens an ſint inflammati p.3 c.9 n.15
Muſculi afficiuntur prius, membraneæ partes deinde, & quomodo p.3 c.9 num.22 23
Muſculorum meſepleurorũ, inflammationis ſigna p.3 c.9 num.16
Myrrhæ pulvis ubi conducit p.5 c.7 n.14

N

NAtatio infrigida quomodo via mediata ſit Pleuritidis cauſa par.2 cap.1 num.8
Natura in Pleuriticis ſputum hæmoptoicum intendit, uti cæteras inflammationes p.1 c.8 num.48
Natura nobis ſagacior eſt, & medica p.5 c.2 num.16
Natura mediatrix graviſſimos morbos ſanat p.5 c.5 n.70
Nervi paris vagi ad pulmones, œſophagum, ac ventriculum dimittuntur p.3 c.10 num.47
Nimia ciborum ingluvies via immediata Pleuritidis cauſa quomodo par.2 c.1 num.8
Nimia urina, & nimius ſudor vehementiſſimæ inflammationis ſigna ib. num.27
Nimia ciborum ingluvies cauſa mediata Pleuritidis quomodo par.1 c.3 num.1
ex Nimio ſeri defectu fit pleuritis p.2 c.1 num. 26
Nicotiana abſceſſum rumpit p.5 c.8 num.7
Notha Pleuritis prima par.1 c.1. num. 17
Notha Pleuritis ſecunda ib. num.18
Notha Pleuritis *tertia ib.* num. 19
Notha Pleuritis ex inteſtini contentis p.3 c.11 num.25
Notha Pleuritis ex meſenterij labe ib. num.26 27
Notha Pleuritis ex pulmonum cauſa ib. num. 39
Numerus 14.dierum unde computandum juxta Tozzi p.6 pl.1 n.59
Numerus 14. dierum unde computandus juxta Vega ib. num. 60
Numerus 14. dierum in Pleuritide computandus eſt cum nulla fuerit evacuatio arte, aut natura ib. num. 73

O

OBſtetricum indiſcretus mos p.6 pl.XI n.3
Oenas Ægei inſula nunc Sicandro p.6 pl.2 n.3
Oleum amygdalarum dulcium cum brodio in Pleuritide præbendum p.5 c.2 n.4 12
Ol. amygdal. dulc. in Peripneumonia notha præbendum ib. n.5
Ol. amygd. dulc. cum ſyr. ſol. propinandum in Pleuritide notha, aut cum meſenterica coniuncta ib. n.17
Ol.amygd.dulcium,& ſemin.lini præſtãtiora in Pleuritide.p.5.c.7.n.29
Oleum amygdalarum dulc. præfertur aliis ib. n.30
Oleum amygdalar. dulc. quando propinandum ib. n.36
Oleum amygdal. dulc. quomodo præbendum ib. n.37
Oleum amygdal. dulc. vetus, & rancidum officit. & quare ib. n.38.39
Olei amygdal. dulc. effectus p.5 c.7 n.32
Olea inungenda poſt ſanguinis miſſionem ib. n.62
Oleis externis abſtinendũ in principio cũ ſit dolor magnus.p.5.c.7.n.60

Omen-

Omentum Vervecinum in Pleuritide confert ib. n.63
Os generale emunctorium capitis, & thoracis p.1 c.6 n.54
Os, & non trachea emunctorium generale ib. n.56
in Os se exonerant vasa longè plura, quam in alias partes p.1.c.7.n.14

P

PApaver rhæas primum antipleuriticum p.5 c.7 n.1
Papaver rhæas cum laudano quando præbendum in Pleuritide p.5 c.3 n.8
Papaveratis ubi supersedendum p.5 c.7 n.7
Paracenthesis in abscassu thoracis fieri potest, ubi p.5 c.8 n.18
in Paracenthesi in pleuræ abscessu cautè procedendum ib. n.19
Paronichia nec facilius rumpitur p.1 c.2 n.19
Pericardii cum Mediastino inflammatio gravissima symptomata infert ib. n.3 4
de Pericardii inflammatione historia Zacuti ib. n.5
de Pericardii inflammatione altera historia Salmuth. ib. n.6
Periostium thoracis quandoque inflammatur p.3 c.9 n.17
Periostio affecto in oppositam partem cubat æger ib. n.18 18
Peripneumonia altera durior quare p.3 c.10 n.23
Peripneumonia citius finitur sin potius tardius ib. n.28
Peripneumoniæ suppuratio quando lethalis p.4 c.2 34
Peripneumoniæ signa quare postremo loco ponantur p.3.c.10.n.1.2.3
Peripneumoniæ signa juxta Hipp. ib. n.4
Peripneumoniæ signa continens textus Hippocratis in duas dividitur ib. n.5
Peripneumoniæ signa continens textus Hippocratis per paraphrases explicat. ib. n.6
Peripneumoniæ signum febris acuta ib. n.7
Peripneumoniæ signum spiritus frequens, anxietas, impotentia, jactatio quomodo ib. n.8 9
Peripneumoniæ dolor sub scapulis ad claviculam, ad manum, & gravitas in pectore unde ib. n.10
Peripneumoniæ tempus ib. n.30
Peripneumonia quare lingua progressu temporis nigrescat ib. n.27
de Peripneumonia suppurata casus ad annum p.4 c.2 n.28
in Peripneumonia nimis roseus genarum color p.3 c.10 n.61
in Peripneumonia in respiratione dolor est major, & quare p.3.c.10 n.12
in Peripneumonia delirium unde ib. n.13
in Peripneumonia dolor non semper in principio sentitur, & quare ib. n.14 15
in Peripneumonia quando dolor emergit ib. n.16
in Peripneumonia vomitiones proditoriæ sunt, & quare ib n.40 41
in Peripneumonia à vomitu non deterreantur Medici ib. n.42

Peripneumoniaci quidam dolorem non sentiunt, donec tussire inceperint juxta Hipp. n.18
Peripneumoniaci salivam tenuem spuunt ib. n.24
Peripneumoniaci quamdiu tussiant vehementer ib. n.31
Peripneumonicis siccioris naturæ dolor à principio erumpit, raro postea ib. n.17
Peripneumonicis ut cognoscatur dolor præcipitur ut sese vertant in oppositum latus quare ib. n.20
—— ut cognoscatur dolor quare præcipitur ut tussiant ib. n.21
—— ut cognoscatur dolor quare præcipitur ut fortiter respirent ib. n.22
—— Saliva spumosa quando ib. n.23
—— quare lingua flava ib. n.26
—— linguæ si digitum apponas in hæret ib. n.29
Peripneumonicis tussis usque ad septimum vehementior.ib.n.32.33.34
—— quare saliva crassior exierit ib. n.35
—— quare saliva cum virore palida, & subcruenta ib. n.36
—— quando saliva multa, & purulenta ib. n.37
—— naturæ humidæ, & quibus morbus fortis est sputum subcruentum multum, & purulentum ib. n.38
—— quorum natura, & morbi consistentia sicca est, minus sputi subcruenti, & purulenti ib. n.39
—— quare vomitiones accidant ib. n.43 44 45 46 47
—— color roseus quandoque violaceus, niger, & lividus ib. n.62
—— juxta latus affectum rubescit pars, & quare ib. n.63 64
Peripneumonicos frustra venari &c. lethale p.4 c.4 n.15
Pharmacum inflammationis potentissimum virus p.6 pl.2 n.10
Phlebotomantes digito venæ foramen indiscriminatim, alternatim opplent p.5 c.4 n.23
Phlebotomia vim privationis habet ex Helm. p.5 c.5 n.66
Phlebotomia vim privationis habet tamen maxime proficua est ib. n.68
Phlebotomia ut causa privativa plus valet, quam alia causa positiva ib. n.69
Phlebotomia convenit si pulsus sint parvi à dolore, & confusi p.5 c.6 n.38 39 40
Phlebotomia Pleuritis curata post annum recidiva ex Helm. contra experientiam p.5 c.5 n.71 73
Phlebotomia curata Pleuritis sæpius tabem relinquit ex Helm. contra experientiam ib. n.72 76
Phlebotomia curati Pleuritici, qui tabifici fiant ib. n.77
Phlebotomia magis augetur sanguinis velocitas quam cucurbitulis scarificatis p.5 c.6 n.27
Phlebotomia magis dimoventur partes obstructæ, quam cucurbitulis scarificatis ib. n.28

absq; Phlebotomia ſæpius recidiva Pleuritis p.5 c.5 n.16
Phlebotomias parciores Willis non probat p.5 c.6 n.5 6
Phlegmonoſus tumor ante ſuppurationem vi non rumpitur p.1 c.2 n.27
Piſiſtratus Pleuriticus noſter X. ægr. 44. ex 7. Ep. p.6 pl.10 n.1
——Genuina Pleuritide laboravit ib. n.3
——forſan juvenis erat ib. n.5
——ſtertebat in faucibus & quare ib. n.7
——benè tolerabat morbum, & quare ib. n.8
——mente conſtabat ib. n.9
——circa quartam, & quintam diem ſanus ib. n.11
Piſiſtrati hiſtoria noſtram ſententiam de ſputo hæmoptoico præcipuè roborat ib. n.4
——Pleuritis ſanguinea ib. n.4
——Spumoſi ſanguinis multa excretio per os per arteriam bronchialem ib. n.6
——hiſtoriæ ſimilis habetur ib. n.12
Piſiſtrato Calor remiſit ib. n.10
Pituita vulgò mucus quid?, & unde dicitur p.1 c.6 n.27
Plateri argumenta contra propriam, & ſingularem Pleuritidem p.1 c.1 n.3
Plateri, & Zecchii opinio triplici ratione refellitur p.1 c.2 n.35
Plethora ſola quando via immediata Pleuritidem faciat p.2 c.1 n.11
Plethora quædam ſemper adeſt in Pleuritide p.2 c.3 n.28
Plethora Pleuritidis dicitur Plethora in parte, & in medio homine ib. n.29
de Plethora particolari in medio homine notabilis hiſtoria ib. n.30
Pleura in Pleuriticis difficillimè rumpitur p.1 c.2 n.17
Pleura ſola inflammatur abſque pulmone p.1 c.3 n.1
Pleura membrana duplex eſt contra Gal. n.8
Pleura membrana duplex eſt contra Helm. ib. n.9
Pleura facilius inflammatur cauſa reſpirationis n.10
Pleuræ inflammatio in verum abſceſſum non ſemper vertitur p.1 c.2 n.22
Pleuræ membrana admodum ſenſibilis p.1 c.3 n.4
Pleuram ſolam inflammari probatur ratione ib. n.2
Pleuram ſolam inflammari probatur Auctoritate ib. n.11
Pleuram ſolam inflammari probatur Auctoritate ib. n.14
in Pleura fit verus abſceſſus p.1 c.3 n.3
ex Pleura dilatata pus intra ſaccum ejus colligitur p.5 c.8 n.22
Pleuritis frequens morbus frequentius ſcientia Dei curatur p.1 c.2 n.21
Pleuritis hyeme, & vere quomodo gignatur p.2 c.4 n.26
Pleuritis tempore veris ſimilat ſpeciem ſynochi, ſeu ardentis ſecus, ac hyeme ib. n.26

Pleuritis primaria brevior p. ib. n. 37
Pleuritis utraque certum tempus non habet ib. n.38
Pleuritis ex dorſo juxta Hippocratem quæ p.3 c.8 n.1 2
Pleuritis ex dorſo ruinoſa, & graviſſima ib. n.3
Pleuritis ex dorſo ab Auctoribus non deſcribitur ib. n.4
Pleuritidis criſis per omnes partes fit p 1 c.7 n.16
Pleuritidis criſis per omnes partes fieri probatur ex Hippocrate ib. n.17
Pleuritidis ex dorſo ſecunda ſpecies quæ p.3 c.8 n.34
Pleuritidis ex dorſo tertia ſpecies quæ ib. n.36
Pleuritidem pulmonum lobum inflammatum putaſſe Hippocratem Medici allucinantur p.1 c.3 n.29
Pleuritide ſanata ægri invaletudo notetur p.5 c.7 n.70
de Pleuritide loquutus eſt Hippocrates genericè ib. 25
ex Pleuritide quomodo phthiſis accidat p.1 c.9 n.12
ex Pleuritide facilior eſſet phthiſis juxta veterum ſententiam de via ſputi cruenti, quam juxta noſtram ib. n.14
in Pleuritide dolor extenditur ultra thoracem ſecus in pulmonia juxta Hippocratem p.1 c.3 n.18
in Pleuritide à duabus cauſis unus effectus oppoſitus videtur ib. n.27
in Pleuritide ex dorſo laſſitudo p.3 c.8 n.21
in Pleuritide ex dorſo ſuſpiria unde ib. n.22
in Pleuritide ex dorſo præceps reſpiratio ib. n.23
in Pleuritide ex dorſo mictio cruenta unde ib. n.24
in Pleuritide ex dorſo unde dolores acuti ib. n.35
in Pleuritide coniuncta quid propinandum p.5 c.2 n.1
in Pleuritide coniuncta cum febri meſenterica clyſteres mollientes conveniunt ib. n.2
Pleuritides propriæ putatæ majori ex parte ſunt muſculorum thoracis inflammationes p.3 c.9 n.20
Pleuritides ſine convulſionibus gravatiores p.4 c.5 n.9
Pleuritici decima quarta die repurgantur p.1 c.3 n.21
Pleuritici ſi prius Empyici non ſint, at phthiſici in pulmonibus affecti ſunt ib. n.13
Pleuritici tabifici non fiunt quia à nobis totum opus naturæ non relinquitur p.5 c.5 n.68
Pleuriticorum pars tertia, aut, quarta pars pleuro: pneumonia laborat p.1 c.3 n.12
Pleuriticis ex dorſo venter ſi exturbetur 21.moriuntur.. p6.pl.4.n.36.37
Pomum dulce cum thure convenit in Pleuritide p.5 c.7 n.12
Pomum dulce à Quercetano laudatum ib. n.13
Poſidonius Pleuriticus VIII. æger. 12. ex VII. Epid. p.6 pl.8 n.1
—— Phthiſicus erat ex tuberculis pulmonum ib. n.2 3
—— tumorem ferè ſtrumoſum in regione naturali concepit ib. n.4
—— ex tumore concepit febrem; quomodo ib. n.5 6

——materiam duplicis generis excernebat ib. n.8
——stertens, & mente constans mortuus est ib. n.10
Posidonio asperitas stridula, & rancida circa fauces ib. n.9
——in Peripneumonia fuit febris parua, & non magna quare ib. n.11 12
Potiones blandæ, & diaphoretici leves in qualibet Pleuritide conueniunt p.5 c.3 n.5
Prænotio Medicis maximè necessaria est p.4 c.1 n.1
Prohibita insensibilis perspiratio quomodo Pleutitidem faciat p.2 c.1 n.18
Propago ante intercostales oborta estarteria bronchialis p.1.c.3.n.68
Pulmo inflammatus quomodo dolorem lateris pariat p.1.c.2.n.20.28
Pulmones non semper, at rarò pleuræ affiguntur p.1 c.2 n.30
Pulmones juxta Priscos in tres partes dividuntur p.1 c.8 n.26
in Pulmonum apostemate ubi materia exitum habet quæ propinanda p.5 c.8 n.30
Pulmonia ratione loci potest dici Pleuritis notha ib. n.27
Pulmoniaci 22. diebus repurgantur p.1 c.3 n.22
Pulsus durus, ac frequens Pleuritidis signum p.3 c.4 n.1
Pulsus durus in Pleuritide quare fit ib. n.2
Pulsus non solum à sanguine sed abarteri is fit ib. n.3
Pulsus Pleuriticis immutatur, & obscuratur juxta doloris variationem, & excessum ib. n.4 5
Pulsus qui prius paruus erat in Pleuritide misso sanguine fit major, & quare ib. n.6 7
Pulsus Pleuriticis interdum nec adeo frequens, & celer, & parum à naturali statu aberrans etiamsi febris magna sit ib. n.8
Pulsus fortis decipit Medicos p.4 c.5 n.3
Pulsus intermittens in Pleuritide sæpissimè absque periculo ib. n.4
Pulus si variatur in morbis pectoris, non multum timendum ib. n.3
Pulsus major, & frequentior in Pleuritide remittente dolore & quare ib. n.9
Pulsus durus,& dolor acutus Pleuritidis signa magis propria.p.3c.6.n.2
Pulsus durus signum indiuulsum est inflammationum omnium ib.n.3
Pulsus in Peripneumonia etiam quodammodo durus est, & quomodo ib. n.4 5 6 9
Pulsus nimis durus, & tensus signum Pleuritidis ib. n.7
Pulsus quo durior de Pleuritide præcipue, mediastini, & diaphragmatis inflammatione suspicio sit ib. n.8
Pulsus parvus sæpius, & inæqualis in Peripneumonia p.3 c.10 n.59
Pulsus quandoque frequens, & magnus in Peripneumonia ib. n.58
Pulsus parvus, & inæqualis in Peripneumonia Medicos non deterreat. initio morbi à mittendosanguine ib. n.60
Purgatio convenit si sit Pleuritis notha, & coniuncta cum febri mesenterica p.5 c.3 n.1

Puris veri conditiones & signa ex Morthon. p.1 c.3 n.24
Puris optimi conditio p.4 c.2 n.32
Puris pars diluta educeretur è pleura ad cor, à corde ad emunctoria oris, & renes p.1 c.6 n.17
de Puris repurgatione quomodo intelligendus Aph. XV. sect. V. p.1 c.2 n.29
ex Pure quibus specillum coloratur velut ab igne pereunt.p.4.c.1.n.41
Pus in Pleuriticis raro genuinum est p.1 c.2 n.23
Pus nunquam glutinosum est ib. n.25
Pus genuinum in Pleuriticis ante 14. diem, & quandoque ultra non gignitur ib. n.27
Pus lividum; pituitosum, ac spumosum ulcus insanabile ostendit p.4 c.2 n.36
Pus semper erosa pulmonum cute excreatur p.1 c.2 n.8
Pus per vasa ex pleura ad cor excurrere potest absque pleuræ ruptione p.1 c.1 n.16
Pus facilioris substantiæ è trachea educitur ib. n.40

R

in Recidivis futuris licet febris antea absit, pulsus verò naturalis non est p.6 pl.1 n.51
in Recidivis calor ille insuetus ad tactum unde ib. n.52
Remedia in Pleuritide omnia collimant ad tollendam fibræ tensionem p.5 c.4 n.37
Remedia externa in Pleuritide quæ p.5 c.7 n. 57
Respiratio difficilis, & frequens Pleuritidis signum p.3 c.3 n.1
Respiratio difficilis in Pleuritide unde ib. n.2 3 4
Respiratio in praxi semper notetur ib. n.5
Respiratio in permanenti Pleuritide, & non vaga semper vitiatur p.4 c.5 n.6
Respiratio mala semper timenda ib.
Respiratio difficilis in Pleuritide, aut Peripneumonia certius signum est ib. n.2
Revulsio vana ex Helmontio p.5 c.5 n.7
Revulsio vana non est contra Helm. ib. n.16
Revulsio non est inanis, defenditur à Bellino ib. 10 11 12 13 14 15
Revulsio prius deinde derivatio fiat ib. n.15
Revulsio nonp rovenit metu vacui ib. n.16
Revulsionis nomen non adeo inane p.5 c.4 n.11
Rigor, & horror Pleuritidis signum p.3 c.VII. n.1
Rigor membranarum affectus ib. n.2
Rigor ex coagulatione sanguinis juxta Hipp. ib. n.5
Rigor ex nimia effervescentia, & quomodo ib. n.10
Rigor ex fermentatione vere plerumque accidit ib. n.11
Rigor ex fermentatione descripta ab Hippocrate ib. n. 12

Rigor

Rigor ex meracioribus potionibus quomodo ib. 13 17 18 19
Rigor ut sequatur Pleuritidem semper cogendus sit humor in adiquo vase ib. n.23
Rigor in Pleuritidis diagnosi maximus est ib. n.29
Rigor qui suspectus semper ib. n.30
Rigor doloris vera echus ib. n.32
Rigor suppurationis inflammationis pulmonum, & thoracis est cum vehementior fit p.3 c.10 n.66
Rigoris gradus horror, & tremor est ib. c.7 n.4
Rigoris varia causa etiam ex Hippocrate opposita datur ib. n.9
Rigoris species quædam vehementior, & molestior est dolor ib. n.31
Rigorem parit sanguis coagulatus non solum negative, sed aliter ib. n.7 8
Rigorem prius latus concipit, & postea congelatur sanguis ib. 14 15 16
ex Risu Pleuritis tractus acutus potius fuit p.1 c.3 n.14
ex Risu Pleuritidis historia ib. n.14
in Robustis nimia abstinentia à coitu quomodo Pleuritidem faciat. p.2 c.1 n.25

S

SAliva quæ, & unde promanat p.1 c.6 n.24
Saliva dulcior in Pleuriticis suppurationem significat.p.4.c.2.n.27
Sanguis in Pleuritide quandoque per consensum excernitur p.1 c.1 n.9
Sanguis è cavitate thoracis promanans semper semigrumosus, & seminiger appareret ib. n.10
Sanguis semigrumosus in Pleuritide non ab apostemate rupto promanat ib. n.18
Sanguis coccineus, & floridus in Pleuritide refluit per arteriam bronchialem p.1 c.8 n.1
Sanguis bronchialis plenitudine quandoque exit ib. n.5
Sanguis bronchialis quare floridus excernitur in Pleuritide.ib.n.6.7.8
Sanguis crassus, & effœminatus minori tussi expuitur ib. n.12
Sanguis floridus ex dolore eiicitur ab Helm. quoque notatus.ib.n.13
Sanguis floridus symptomaticus quoque juxta Helm. ib. n.14
Sanguis floridus quandoque etiam à carotidum ramis exit, nec per Asperam Arteriam ib. n.15
Sanguis quo spumosior, & floridior tussi ferina eiicitur ex bronchiali arteria promanat ib. n.16
Sanguis spumosus ab Hepate quoque expuitur ib. n.17
Sanguis spumosus in Pleuriticis non à vasis peripneumonicis, sed nutricantibus pulmonem exit ib. n.18
Sanguis spumosus per vomitum eiicitur juxta Hippocraten ib n.41
Sanguis in Pleuritide plerumque, at non semper excernitur per carotidum

rotidum ramos oris interni ib. n.42
Sanguis unius partis per alterius vias in Pleuritide interdum excernitur ib. n.43
Sanguis in Pleuriticis ad superiora plerumque regurgitat, & quare ib. n.45
Sanguis ex propriis pulmonis vasis non exit in ipsa etiam Pulmoniæ p.1 c.9 n.9
Sanguis in Peripneumonia expuitur jisdem viis, quibus in Pleuritide ib. n.10
Sanguis si ex pneumonicis vasis exiret in ipsa Peripneumonia ulcus pulmonum fieret ib. n.11
Sanguis ranæ prope vasorum latera quare motu minus citatiori excurrat ex observatione Baglivi ib. n.15
Sanguis præ copia quare non diffluit ib. n.17
Sanguis in Pleuritide statim mittatur p.5 c.1 n.9
Sanguis in Pleuritide quoties mittendus ib. n.10
Sanguis in Pleuritide eo magis mittatur si plethora adsit ib. n.11
Sanguis si sit extravasatus distinguendum an mittendus sit sanguis p.5 c.5 n.31
Sanguis quibus mittendus est largiori, dosi ib. c.6 n.1
Sanguis mittendus in cujuscumque ætatis & sexus Pleuriticis p.5.c.6 n.14
Sanguis mittatur Naturam clamãtem Medici non audiunt.p.5.c.4.n.2
Sanguis eo magis mittendus si pellicula subalbida appareat in sanguine phlebotomo eductus p.5 c.1 n.12
Sanguis in Pleuritide juxta ejus causam plus minus mittatur ib. n.13
Sanguis in Pleuritide à tenacitate humorum parcius mittatur ib.n.14
Sanguis mittendus ubi, & quare in Pleuritide coniuncta cum febri mesenterica p.5 c.2 n.11 13 14
Sanguis in Pleuritide ab humoribus acribus non mittatur, dummodo non adsit vera, & genuina inflammatio p.5 c.3 n.11 12 13
Sanguis utrum mittendus sit in Pleuritide coniuncta cum vermibus, angustia Medici est ib. n.20
Sanguis quandoque mittendus quamvis horreat adesse vermes, & sanguinem mitti ib. n.22 23 24
Sanguis in Pleuritide mittendus ut vasorum æquilibrium servetur p.5 c.4 n.10
Sanguis è vena secta recto flumine exeat, per cutim repens non juvat ib. n.16 17
Sanguinis missione quæcumque corporis emunctoria relaxantur; unde munus facilius exequuntur p.5 c.4 n.38
Sanguinis missione materiæ morbosæ critica evacuatio fit ib. n.39
Sanguinis missione nervi facilius oscillant ib. n.40
Sanguinis missione spiritus animales difflantur ib. n.41
Sãguinis missione febris veluti coluber in capite cesus mitescit.ib.n.43

San-

Sanguinis missione in Pleuritide pulsus paruus fit major ib. n.44 46
Sanguis missio non est adeo ruinosa, ac pharmacum in ancipiti casu p.6 pl.2 n.12
Sanguinis missione in Pleuritide pulsus intermittens fit æqualis ib. n.45
Sanguinis missione sanguis minuitur, idcirco juvat contra Helmont. p.5 c.5 n.17
Sanguinis missione vires deficiunt; idcirco juvat contra Helm.ib.n.18
Sanguinis missione natura desistit, cessatque mittere sanguinem, sic juvat contra Helm. ib. n.19
Sanguinis missione virium jactura, & repentina præsentaneum, remedium, cætera incerta, & torpidiora ib. n.21 20
Sanguinis missio in Pleuritide quando officit ib. n.32
Saguinis missio in Pleuritide corruptiva quando conveniat ib. n.33 34 35 36
Sanguinis missione acidum infixum in Pleuritide non ita impingitur ib. n.52
Sanguinis missio inhibet cruorem acescere contra Helm. ib. n.57 55
Sanguinis missione spreta promissio Helm. ib. n.75
Sanguinis missioni natura benedicit, & arridet ib. n.78
Sanguinis missione unica Pleuritides quandoque obtruncantur ib. n.81
Sanguinis misṡio in pueris quoties celebretur p.5 c.6 n.9
Sanguinis misṡione parcius celebrata febris intenditur ib. n.10
Sanguinis misṡione parciori quare gravetur morbus ib. n.11 12 13
Sanguinis misṡio octogenario viro fuit celebrata ib. n.15
Sauguinis misṡio celebrata moniali bis cum mictu cruento in Pleuritide, quę erat septuagenaria ib. n.16
Sanguinis misṡione abhorrentes recentiores Medici Carnifices nuncupandi, & quare p.5 c.4 n.4 5
Sanguinis misṡione non instituta materia pleuritica anacatharsi infida, & periculo evacuatur ib. n.13
Sanguinis missio quoque gravidis instituitur p.5 c.6 n.17
Sanguinis missio quare potius ex brachio ib. n.20 21 22 24
Sanguinis missio ex pede in debilioribus inchoandum ib. n.23
Sanguinis missio, nec cucurbitulæ scarificatæ debilioribus Pleuriticis conveniunt ib. n.41
Sanguinis misṡione instituta plura auxilia à nobis propinantur p.5 c.5 n.80
Sanguinis misṡionem defendimus Helmon. allegoriam insequentes ib. n.83
Sanguinis misṡioni natura benedicit, & arridet ib. n.88
Sanguinis misṡio perperam obiicitur in febri essentiali.p.5.c.6.n.47.48
Sanguinis misṡionem exigit etiam Pleuritis à causa maligna ratione inflammationis ib. n.50

Sanguinis misione haud illico supersedendum si sputum cruentum appareat ib. n.45
Sanguinis misione quando abstinendum si sputum incipiat ib. n.46
Sanguinis misioni quæ opponantur ab Helm. p.5 c.5 n.29
Sanguinis misionem adversus Helm. declamatio altera ib. n.72
de Sanguinis misione multis credendum, & maximè experientiæ ib. n.85
ex Sanguinis misione per aliquod breve tempus corpus elanguescit, & febris deprimitur p.3 c.11 n.38
ex Sanguinis misione non celebrata ob diarrhæam ægrotæ interitus p.5 c.6 n.44
Sanguinem mitti usque ad lypothomiam rationi incongruum non est ex VVill. p.5 c.6 n.7
Sanguinem in Pleuritide usque ad 40. uncias mittit Sydhen. ib. n.8
à Sanguine mittendo non deterreat diarrhæa in Pleuritide ib. n.42
à Sanguine mittendo distrahit & decipit diarrhæa ib. n.43
à Sanguine misso si sitis urgeat quæ propinanda p.5 c.1 n.18
à Sanguine misso dolore remittere incipiente topica conveniunt ib. n.19
de Sanguine bronchiali nobis arridet Erasistratus p.1 c.8 n.19
Scomphus Pleuriticus II. noster ægr. 3. ex 5. Epid. p.6 pl.2 n.1
——Septima.mortuus est delirus ib. n.4
——periit delirus quia pleuriticus purgatus fuit ib. n.5
——purgatus est non multum non ut vult Valles ib. n.6
——purgatus est non multum quare ib. n.7 8
Scomphi historia brevisimè refertur ab Hipp. uti non sua ib. n.2
Scompho purgatio novas inflammationes produxit ib. n.9
Senes non facilius suppurantur p.4 c.2 n.27
Senes si citius suppurantur citius pereunt, quam juvenes.p.4.c.5 n.13
Senioribus affectiones sunt debiliores p.5 c.5 n.26
Seuum hircinum conducit in Pleuritide p.5 c.7 n.64
Sicarii Medici hoc seculo dicuntur sanguinem mittentes p.5 c.4 n.2
Signa quinque tradita à Galeno de Pleuritide non sunt pathognomonica p.3 c.6 n.1
Signa Pleuritidis alia communiora p.3 c.7 n.33
Simonis uxor. Pleur. noster XI. æger. 55. ex 7. Epid. p.6 pl.2 n.1
——ex concusione in partu pleuritica fuit ib. n.2
——Empyica unde ib. n.4
——Phthisica & quomodo ib. n.5 6
——Febres partim suppuratorias, partim inflammatorias habebat ib. n.7
Simonis uxori continuæ diarrheæ ib. n.8
Simoni uxori febres cessavere non penitus, & periit ib. n.9
Species pleuriticæ Mynficht. conducunt p.5 c.7 n.24
Sperma ceti in Pleuritide multum conducit ib. n.18

Spina Pleuritidis causa remotior est, & antecedens p.5 c.5 n.63
Spina verè inflammatio non est. ib. n.64
Spina metaphorica causa procatarctica ib. n.65
Spina quamvis avellatur inflammatio fit contra Helm. ib. n.67
Spina quamvis avellatur apostema fieri subodoravit Helm. ib. n.68
Spina intrinseca, & immediata in cruore existens sanguinis missione tollitur ib. n.69
Spina metaphorica Pleuritidis est ipse cruor contentus ib. n.70
Spina salina solidi culpa sanguinis missione defigitur ib. n.71
Spinæ exemplum Helmon. de Pleuritide non movet ib. n.52
Spinam intrinsecam in sanguine tangit Helm., & postea declinat ib. n.70
Spiritus, & sales volatiles in Pleuritide malè propinantur p.5 c.7 n.40 43
Spirituosa præsidia in quibus regionibus noceant ib. n.46 47
Spirituosa, & acuta quando conducunt ib. n.48 49
Spirituosa quæ conducunt, & quomodo ib. n.50
Spirituosa post decocta sunt propinanda ib. n.52
Splenitis, & iecoraria an vasis pneumonicis consentiant.p.1.c.2.n.16
Sputum quo magis crassum, & concoctum faciliori tussi excernitur p.1 c.1 n.11
Suptum pleuriticum si fieret juxta priscos *facilius pleuritici* fierent phthisici ib. n.15
Sputum cruentum in Pleuriticis nec à pleura rupta manat ib. n.16
Sputum pleuriticum per pleuræ cum pulmonibus coalitionem apud quosdam excernitur ib. n.18
Sputum pleuriticnm à pleura affecta præcipue dicitur p.1 c.6 n.2
Sputum pleuriticum triplex est ib. n.3
Sputum pleuriticum cruentum ib. n.4
Sputum cruentum à quibus libet vasis sanguiferis tracheæ, laryngis, ab ipsi pneumonicis fit ib. n.5
Sputum cruentum maxime è faucium, & oris carotidum ramis in Pleuritide fit ib. n.6
Sputum cruentum à distentione, & oscillatione vasorum fit ib. n.7
Sputum cruentum in Pleuriticis more cujuscumque aliæ hæmoptysis accidit ib. n.8
Sputum cruentum à distentione vasorum probatur ex Hippocrate ib. n.9
Sputum cruentum in Pleuritide à vasis pleuræ, in peripneumonia à uasis pulmonis juxta Hipp. ib. n.10
Sputum pleuriticum empyicum quid ib. n.14
Sputum empyicum tracheale quomodo largo modo dici posset ib. n.18
Sputum empyicum semper empyicum dicendum ib. n.19
Sputum tracheale quid ib. n.22

Sputum tracheale ex toto promanat, & quare ib. n.57.
Sputum pleuriticum pus ſimilans Medicos decipit ib. n.67
Sputum pleuriticum purulentum appellatur ab Hipp. id eſt pus ſimilans, & non verè ſuppuratum ia. n.74
Sputum tracheale criſis eradicativa Pleuritidis eſt p.1 c.7 n.15
Sputum tracheale eſt principale in Pleuriticis, quod cruentum fit ex ſanguinis parte minori ib. n.22
Sputum tracheale quomodo primo fiat cruentum ib. n.23
Sputum tracheale quomodo ſecundo fiat cruentum ib. n.24
Sputum tracheale quomodo tertio fiat cruentum ib. n.25
Sputum cruentum fit à tracheali majori, & cruore modico admixto ex Hippocrate ib. n.26
Sputum ſubcruentum, & lividum in quo differant ib. n.27
Sputum tracheale etſi minima parte cruori admixtum totum cruentum apparet ib. n.28
Sputum pleuriticum quoque variat ib. n.30
Sputum cruentum quoque variat ib. n.31
Sputum tracheale quomodo à ſanguine tingatur ib. n.32
Sputum cruentum quibus viis promanet inflammata pleura ſuper 4 coſtam p.1 c.8 n.38
Sputum cruentum in Pleuriticis eſt veluti hæmorrhagia parva ib. n.49
Sputum cruentum, ſeu hæmoptoicum in Pleuriticis revulſorio modo juvat p1. c.9 n.15
Sputum hæmoptoicum in Pleuriticis utplurimum è vaſis extra pulmones ib. c.9 n.7
Sputum hæmoptoicum etſi è trachea nec phthiſim inducit ib. n.8
Sputum pleuriticum proficit ad eradicandum morbum cum ſit inflammatio corruptiva ib. n.19
Sputum in Pleuriticis quando bonum, aut malum p.4 c.2 n.1
Sputum ſanguinis recentis incommodum ib. n.2
Sputum in Pleuriticis morbum brevem,aut longum portendit. ib.n.5
Sputum flavum meracum quid ib. n.11
Sputum flavum meracum malum ib. n.12
Sputum cum virore pallidum, lividum ærugineum quid indicent ib. n.13
Sputum valde ſpumoſum pravum ib. n.14
Sputum meracum ad nigrum pergens peius eſt ib. n.15
Sputum cruentum raro à pneumonicis vaſis accidit p.1 c.6 n.12
Sputi pleuritici nomen amplius laterale, & thoracicum ib n.1
Sputi trachealis formæ variæ in Pleuritide varicoſa apparent ib.n.58
Sputi trachealis in Pleuritide ejuſdem qualitatis, & coloris eſt cruor phlebotomia eductus ib n.59
Sputi ſtrepitus multus in pectore quando lethalis p.4 c.2 n.6
Sputi prognoſis generalem regulam tradit Hipp. ib. n.20

Sputi pleuritici exitus per villos pleuræ, & pulmonum refellitur p.1 c.2 n.32
Sputi pleuritici transitum per pulmones in ipsa pulmonia removemus ib. n.33
Sputi copia quando significatur ib. n.43
Sputo carentes Pleuritides siccæ difficillimè ib. cap.2 n.4
Sputo bilioso lateris dolor evanescens delirium portendit ib. n.44
in Sputo empyico pars tenuior puris elicitur p.1 c.6 n.15
Sputa penitus purulenta in principio mortem ostendunt, aut suppurantur p.4 c.2 n.3
Sputa quæ ex colore mala juxta Hipp. ib. n.16
Sputa nigra fuliginosa perniciosa ib. n.16
Sputa æruginea, viscosa, & quæ citò colorantur prava ib. n.17
Sputa mucosa, & fuliginosa, quæ colorantur prava ib. n.18
Sputa viscosa, & mucosa quomodo differant ib. n.19
Sputa purulenta & ferventia vulgò quæ p.6 pl.9 n.15
Sputorum graveolentiæ suppuratos recidivos ostendunt p.4 c.2 n.39
Stercora animalium in Pleuritide conducunt p.5 c.7 n.26
Stercus caninum convenit ib. n.27
Stercus equinum extollitur ib. n.28
Stibium diaphoreticum in Pleuritide confert ib. n.25
Subsequens Pleuritis p.1 c.1 n.7
Suppressis lochiis dolor ad latus cum delirio perniciosus p.4 c.5 n.14
Suppurationis varia tempora in Pleuritide & Peripneumonia unde p.1 c.2 n.23
Suppurationis jam factæ signa p.3 c.10 n.68
Suppurationis signa juxta Hipp. ib. n.69
Suppurationis signa juxta Hipp. commentantur ib. n.70
Symptoma quandoque magis affligit, quam morbus ipse. p.6 pl.1 n.7
Symptomatica Pleuritis p.1 c.1 n.7

T

TErminus Pleuritidum ultra 14. diem extenditur quandoque p.6 pl.1 n.63
Terminus Pleuritidum quare quandoque extendatur ib. n.64
Testacea, & terrestria in Pleuritide juvant p.1 c.7 n.21 22 23
Tinctura papav. Mynsich. ubi conveniat ib. n.4 5
Trachea spiritalis fistula non facilè conspurcatur à materia lenta p.1 c.3 n.48
Trachea summo studio à natura servatur ib. n.49
Tracheæ nomen Cloacæ à VVillis. inditum non convenit ib. n.50
Tracheæ glandularum succi usus p.1 c.6 n.55
Tracheæ tunica interna totam fistulam usque ad postremas partes investiens eadem est p.3 c.10 n.44
Tracheæ tunica interna cum œsophagi, ac ventriculi interna ori com-

communis est ib. n.45
Tracheæ fistula oleaginoso, ac tenui humore oblinitur p.1 c.3 n.42
Tracheæ glandulæ perexiguæ, & albicantes ib. n.9
Trachealium glandularum succus n.10
Tractus acutus ex Hipp. qui p.1 c.4 n.3
Tunicæ interioris musculosæ tracheæ est descriptio ex VVill. p.1 c.3 n.7
in Turbatione spatiosa cavitate evadente secretus distrahitur humor p.1 c.4 n.7
in Turbatione spatiosa cavitate evadente quomodo intelligitur ib. n.8
in Turbatione secretus humor distrahitur explicatur ib. n.9
Tussis principio fit ex titillatione tracheæ p.1 c.3 n.28
Tussis quomodo fiat ib. n.31
Tussis è larynge superiori faucium parte, etiam ab inferiori, & interiori irritata fit ib. n.35
Tussis ex nasi suctione quare ib. n.36
Tussis inspiratione incipit ib. n.37
Tussis quomodo coadiuvat excretionem sputi ib. n.38 39
Tussis Pleuritidis signum p.3 c.5 n.1
Tussis principio Pleuritidis sicca est ib. n.2
Tussis unde in Pleuritide ib. n.3 4
Tussis quandoque in toto morbi decursu sicca ib. n.5
Tussis humida quomodo fiat in Pleuritide ib. n.6
Tussis humida quæ aperta vulgo dicitur ib. n.7
Tussis radix mucosum quidpiam p.1 c.3 n.41
Tussi eiicitur, quod in ore contentum est, ejusque glandulis. ib. n.32
Tussi concutitur tota hominis machina ib. n.34
Tussi quare sputi varia genera notantur ib. n.40
Tussi inexplebili aliquid è trachea educitur ib. n.45
ex Tussi lachrymæ, & vomitus quare ib. n.33
in Tussi præter tracheæ tunicam tota oris tunica ipsius nasi emungitur ib. n.30

V

VAnhelmont. Erasistratæus fuit. p.5 c.5 n.1
Vanhelmont. paritatem occisi hominis in Pleuritide adducit, sed non rectè ib. n.4
Vanhelmont. varicosæ inflammationis inscius rationes confundit ib. num.28
Vanhelmont. variat de Pleuritide, & causa proxima ib. n.38
Vanhelmont. Pleuritidis proximam causam confundit ib. n.39
Vanhelm. excludit sanguinem veram Pleuritidis causam ib. n.50
Vanhelmont. præcipua argumenta contra sanguinis missionem refelluntur ib. n.3

Vanhelmont. rationes contra vexicantia haud ſuſtinent par.5 cap.8. num.55
Vanhelmont. promiſſio ſpreta ſanguinis miſſione vana, & futili eſt contra experientiam p.5 c.5 n.86
Vanhelmont. pulveres inanes niſi præcedat ſanguinis miſſio ib. n.82
Vanhelmont. methodum primis anni adhibui, & doleo ib. 83. 84
Vanhelmont. commendabilem virum ſemper habui, at hic non laudo ib. 84
Vanhelmont. de ſanguinis miſſione blaſphemantem & horreſco ib. num.87
ex Vaporibus malignis quomodo Pleuritis oriatur p.2 c.1 n.2
Vaſa in colli iſthmo in faſciculum redacta ſecretionem humorum in os faciunt p.1 c.6 n.53
Vaſorum latera lineas non habent parallelas, & ſanguinem quodammodo retardant p.2 c.1 n.16
ex Vaſorum ſpatioſa cavitate evadente quæ oriuntur p.1 c.4 n.10
ex Vaſorum ſpatioſa cavitate evadente quomodo febris fiat ib. n.11
Ex Vaſorum pulmonis inflammati nimia compreſſione ſit reſolutio p.3 c.8 n.29
Vaſis majoribus ligatis eo citius cor periclitatur ib. n.25
Vena Azygos præcipuè in Pleuritide fit varicoſa p.1 c.4 n.9
Vena azygos, ejuſque origo p.3 c.8 n.13 14
Vena Azygos ſupra nodum ſpinæ deſcendit, & dividitur ib. n.15
Vena Azygos comprimitur mediaſtino inflammato ib. n 20
Vena cava ſupra diaphragma conſtricta animali languorem, & detrimentum maximum infert ib. n.27 28
Vena Azygos cauſa continens non eſt, ſed remotior ſolidi culpa p.5 c.5 n.6
Vena Azygos vitæ ſummopere neceſſaria p.3 c.8 n.19
Venæ Azygos ramus ſupra diaphragma deſcendit ib. n.18
Venæ ſectionis locus in Pleuritide qui ib. n.19
Venæ ſectio in pede debilioribus Pleuriticis fit p.5 c.6 n. 23
Venæ ſectæ foramen inpinguioribus à mucore oppletur p.5 c.4 n.21
Venæ azygos rami intercoſtales uniuntur p.3 c.8 n.18
Venæ ſectæ foramen amplius fit, quare ib. n.15
ex Vena Azygos dilatata, & diducta quæritur cauſa Pleuritidis contra Vanhelm. p.5 n.5 n.3
Venæ tenues, & exiles non trahunt humorem craſſum ex Hippocrate p.1 c.7 n.5
Venæ nimis repletæ nihil remittunt ex Hipp. ib. n.12
Vermium ſignum ſtillæ ſanguinis è naſo p.3 c.11 n.17
Vermium Pleuritidem ſimilantium notabilis hiſtoria ib. n.19
Vermium alia ſigna ib. n.23
à Vermibus ſimilantur Pleuritides p.3 c.11 n.12
à Vermibus quomodo Pleuritides ſimilentur ib. n.13

à Ver-

à Vermibus febres acutæ similiter fiunt ib. n.14
à Vermibus pulsus quodammodo durus ib. n.15
à Vermibus sputum cruentum quandoque conjungitur absque inflammatione ib. n.16
à Vermibus vera inflammatio excitari solet ib. n.18
Vervecis recenter mactati pulmones Pleuriticis adhibentur p.5 c.7 num.69
Vesicantia in Pleuritide ubi conveniunt p.5 c.7 n.53 54
Vesicantia ubi non sint adhibenda ib. n.56
Victus non proportionatus quomodo Pleuritidem pariat p.2 c.1 n.9
Victus quoque mediocriter sumptus quomodo Pleuritidem pariat p.1 c.3 n.3
Vini spiritus coagulat sanguinem experientia Baglivi p.3 c.7 n.22
Vinum ejusque spiritus coagulat sanguinem duplici ratione ib. n. 20. 21
Vires robustæ in Pleuritide (ut sic dicam) malæ p.5 c. 5 n.22
Viribus omnis evacuatio semper respondeat p.5 c.6 n.7
Vnguentum dialthææ ubi convenit p.5 c.7 n.61
Vnguentum Paracelsi de pinguedine muris montani ib. n.65
Vomica pulmonum curatu difficilior, quæ p.5 c.8 n.31
Vomica pulmonum quandoque aut periculum instantaneum inducit, aut phthisim ib. n.32
Vomitio Pleuriticis quomodo accidat, & quare p.3 c.8 n.48. 49. 52 53
Vomitio in diaphragmatis inflammatione quare ib. n.51
Vomitio, & diarrhæa sapissimè sociatur ib. n.54
Vomitiones in cæteris inflammationibus observantur ib. n.50
Vomitus sanguinis quibus viis in Pleuriticis, & quomodo liberentur p.1 c.8 n.39
Vomitivum suppuratis quoque à Recentioribus propinatur p.6 pl. 13. n.16
Volusius saturninus hæmoptoicus nonagesimum annum excesserit. p.1 c.9 n.2
Vrina ab aere quomodo immutetur p.6 pl.12 n.12
Vrina alba pellucida mala Pleuriticis, Peripneumonicis, maximè Phreneticis p.4 c.4 n.20
Vrina, quæ post potum cito mingitur mala præsertim phreniticis, & Peripneumonicis ib. n.3
Vrina quæ citò post potum mingitur mala ex duplici ratione ib. n.4 5.
Vrina cruenta 5.3 prærubra quando lethalis Pleuriticis ib. n.7
Vrina brevi prassina nigram subsidentiam habens aut furfuraceam, Pleuriticis lethalis ib. n.8
Vrina in Pleuriticis subrubram habens subsidentiam securitatem indicat ib. n.9

Vxor

Vxor Cleomenis Pleuriticus noster XIV. ægr.88. ex 7. epid. p. 6. pl. 14. num.1
Vxor Cleomenis ex ſanguinis hæmorrhagia liberata fuit ib. n.8.
Vxori Cleomenis nauſea, & laxitas ib. n.2
Vxori Cleomenis ſudor non conducebat ib. n.4
——Lingua alba ib. n.5
——deiectiones mediocres ib. n.6.
——Vrinæ bilioſæ

FINIS.